



**Quæstionum Canonicarum, In Quinque Libros
Decretalium, Tomus ...**

In Librum I. Decretalium, Per quadraginta, & tres Titulos distributum, in
quo agitur De Constitutionibus, Seu Legibus universim ...

Krimer, Ferdinand

Augustæ Vindelicorum, 1706

Index Titulorum, Et Quæstionum In Librum I. Decretalium, Continens
Summam Articulorum, §§. Ac Potissimum Rerum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73031)



INDEX

TITULORUM, ET QUÆSTIONUM IN LIBRUM I. DECRETALIUM, CON- TINENS SUMMAM ARTICULORUM, 22. AC POTISSIMUM RERUM.

Numerus appositus significat marginalem per totum opus.

QUÆSTIO I.

*Ad Titulum. 1. de Summa Trinitate,
& Fide Catholica.*

Articulus 1. de doctrina Fidei Catholicæ.
à *nu. 2.* qualiter tres personæ sint unum
unitate naturæ, seu essentiæ? *ibid.* rejicitur
unitas solius similitudinis, & collectionis; &
asseritur unitas veræ identitatis realis; *ibid.*
& *n. 10.* ut non tantum omnes tres divinæ
personæ simul, sint eadem numero natura,
& essentia, sed etiam quælibet earum, *ibid.* &
nu. 6.

Quæ denotetur unitas Fidelium per illū tex-
tum: *volo, ut ipsum sint in nobis, sicut
& nos unum sumus? n. 2. in fin. & n. 12.* an
in divinis detur simplicitas excludens om-
nem à DEO compositionem realem? *nu. 3.*
qualiter divinæ personæ dicantur *coeternæ*,
cum non sint tres æterni, sed unus æternus
ex symbolo Athanasij? *n. 4.*

In quo consistat consubstantialitas divina-
rum Personarum? *nu. 5.* cur in divinis non
sit quaternitas? licet natura divina nec sit
generans, nec genita, nec procedens. *nu. 7.*
juxta fidem Catholicam utraque sequens
propositio (*natura divina est generans, &
natura divina non est Pater, qui generat*) est
certò falsa. *nu. 7.*

Stante doctrina fidei, certum est, divinas
personas sic idem esse in natura, ut tamen
realiter distinctæ sint in personis. *n. 7.* con-
sequenter earum identitatem in natura, seu
essentia inseparabiliter annexam habere di-
stinctionem in personis, & vicissim.

An ex hoc rectè sequatur, inter divinam es-
sentiam, & singulas personas admittendam
esse aliquam distinctionem nemine cogitan-
te, diversam ab ea, quam fides docet esse in
personis? *n. 8.*

Identitatem divinarum personarum in na-
tura Innocentius III. vocat *substantialem*; alii
essentialem: & distinctionem in perso-
nis, *relativam*; alii personalem. *n. 8.*

Articulus 2. de varijs contra Fidem Catholi-
cam erroribus damnatis ab Ecclesia.

Doctrina Petri Lombardi. *n. 9.* qualiter im-
pugnata per Joachimum Abbatem? *ibid.* im-
pugnatio Abbatis reprobata per Concilium
generale, & approbata doctrina Lombardi.
n. 10. Ratio Concilii, cur stante doctrina
Lombardi, in divinis non sit quaternitas?
nu. 10.

Licet damnetur doctrina alicujus Authoris,
non propterea damnatur hoc ipso ejus Au-
thor. *n. 10.* secus, damnato Authore *ibid.*
saltem in tantum, ut, esto Authoris damna-
ti liber bonus sit, allegatus jure non habeat
authoritatem. *n. 10.* Delictum Prælati non
redundat in Capitulum ei non consentiens.
n. 10.

Ex mente Concilii generalis, citra ullam re-
pugnantiam absolute verum est, quod *natura
divina sit Pater, qui generat*, quin ipsa sit
generans. n. 12. contradictionem quandam in
hoc ipso esse, censebat Abbas Joachimus.
ibid. qualiter eam dissolvat Glossa in cap.
Damnamus, V. neque genita. n. 13.

Dissolvitur clarius, si prædicatum utriusque
propositionis servet eandem utrobique ap-
pellationem. *num. 14.* Deinde, quod non
veniat in utraque idem prædicatum. *nu. 15.*
Demum, quod nec idem subjectum. *nu. 16.*
De varijs erroribus Almarici, condemnatis
ab Ecclesia. *n. 17.* quando in sacris canonibus
simpliciter fit mentio de Concilio generali,
semper denotari *Lateranense, n. 17.* Senten-
tia negans, Spiritum S. æternaliter proce-
dere à Patre, & Filio, vel eundem proce-
dere ab illis tanquam uno principio, damnata
est ab Ecclesia, *nu. 18.* responderetur argu-
mentis Græcorum. *n. 19.* & seqq.

QUÆSTIO II.

Ad Titulum 2. de Constitutionibus.

Constitutionis varia acceptio. *n. 22.* pro quo
supponat strictè? *ibid.* hic sumitur latè pro
omni humano jure scripto. *ibid.*

PARS.

INDEX.

P A R S I.

De Legibus in communi.

Articulus 1. de jure in genere à n. 23. ejus varia acceptio. *ibid.*

S. 1. de jure naturali. n. 24. ejus naturale non oritur formaliter ex voluntate Superioris, n. 24. dantur quaedam mala, non propterea mala, quod sint prohibita; sed e contra, *ibid.* jus naturale, quod Legistæ vocant primævum, est jus liberius, & crassius, seu minus propriè n. 25.

S. 2. de jure positivo. *nn.* 26. in quo consistat formaliter? *ibid.* aliud est divinum, aliud humanum, vel Ecclesiasticum, vel sæculare. *ibid.* quid publicum? quid privatum? *ibid.* ad jus positivum humanum secundum aliquos reducitur jus gentium; & quid per hoc intelligatur? *nn.* 27. qualiter hoc differat à jure naturali? n. 28.

S. 3. de jure sæculari, seu civili. *nn.* 29. ejus divisio multiplex. *ibid.* de speciebus juris scripti apud Romanos. n. 29. quid apud eos intelligebatur per Legem? n. 30. per Plebiscitum? n. 31. quid per Senatusconsultum? n. 32. quid per placitum Principis, seu constitutionem? n. 33. quid per edicta Prætorum? n. 34. quid per Responsum prudentum? n. 35.

Differentia plebis à populo, n. 31. Patricii & Senatorum. *ibid.* legis & plebisciti. *ibid.* quid lex Regia? n. 33. quid rescriptum, decretum, vel edictum Principis? n. 33. Quæ olim potestas Prætorum; quid jus honorarium, seu prætorium? à n. 34. an edicta prætoria sint perpetua? quæ illorum vis? *ibid.* unde ortum habeant leges duodecim Tabularum? *nn.* 35. quæ responsa prudentum obtineant vim legis? n. 36.

Pro quo ex communi nunc usu supponat jus civile? in quot partes dividatur corpus juris civilis? n. 37. 47. quid pandectæ, seu digesta? quid digestum novum, verus, infortiatum? & unde hoc dictum? n. 37. quid Institutiones imperiales? *ibid.* quid & quotuplex codex? *ibid.* & seq. quid Authenticæ? Novellæ? *ibid.*

Quam vim habeant institutiones imperiales? n. 41. an interpretationem accipiant ex Pandectis? *nn.* 42. an Codex corrigatur per Institutiones? *ibid.* quam vim habeant Authenticæ insertæ Codici? n. 43.

De partibus, quibus constat corpus juris civilis? n. 45. quomodo citentur? à n. 47. & seqq. de partibus, quibus constat Corpus juris canonici; n. 63. quomodo citentur? n. 73. quid significet *canon* strictè? n. 54. quid *laxè*? *ibid.* quid decretum? epistola decretalis? dogma? mandatum? interdictum? sanctio? à n. 54.

An canones CC. Generalium obligent, ante Approbationem Papæ? n. 55. quam vim ob-

ligandi habeant Concilia Nationalia? n. 60. quam Provincialia? n. 60. quam Synodalia? *ibid.* an requirant approbationem Papæ? *ibid.* quam vim habeant constitutiones Pontificiæ nondum insertæ Corpori juris canonici? *nn.* 61. quæ sit differentia inter Metropolitanum, & Archiepiscopum? n. 58.

Quam vim, & auctoritatem habeat decretum Gratiani? n. 69. unde dictum, & quot partibus constat? n. 63. quam dicta SS. Patrum, vel leges Principum insertæ decreto? n. 69. & 71. quam Rubricæ, canonibus, & legibus præfixæ? quam *Palea* subinde canonibus apposita? n. 71. qualiter citentur canones contenti sub diversis partibus, & titulis? n. 73.

Articulus 2. de Legibus in genere, *nn.* 81. pro quo supponat generaliter accepta? n. 81. an, & ex quo capite, debeat esse præceptum commune? *nn.* 83. justum? *nn.* 83. & seq. stabile? *nn.* 83. sufficienter intimatum? n. 83.

Articulus 3. de divisione legis. *nn.* 86. & seq.

Articulus 4. de natura legis in specie. à n. 88. quid superaddat legi in genere? *ibid.* an lex essentialiter sit actus Superioris? n. 90. qualiter differat à præcepto? n. 90.

S. unicus. an, & qualiter debeat respicere bonum commune? n. 91.

An sit de ratione legis latam esse ab habente curam Communitatis? n. 95.

Quid sit potestas in genere? n. 96. quid Ecclesiastica, Laica, suprema, inferior? ordinis naturalis, vel supernaturalis? n. 96. quid jurisdictio? ordinaria? delegata? voluntaria? contentiosa? privativa? vel cumulativa? à *nn.* 97. quid publica, vel privata? dominativa, vel œconomica? n. 99.

Articulus 5. quæ promulgatio sit de substantia legis? à n. 103. aliqua legis publicatio est de substantia legis communitati facta ut habeat proximam vim obligandi singulos de illa. n. 103. & seq. Debet esse talis, ut per eam sit sufficienter diffusa moraliter; & quid ad hoc requiratur? à n. 104. cum seq. promulgatam esse legem communitati, certum esse debet moraliter. n. 160.

In dubio, an lex existat, vel lata sit de aliqua re, non obligatur dubitans; *nn.* 107. de quali dubio id procedat? *ibid.*

An hoc axioma (*in dubio melior est conditio possidentis*) procedat etiam in aliis virtutibus, extra materiam justitiæ? à n. 108. V. etiam n. 2874. quot modis lex possit solenniter constitui? n. 109.

Solennis editio legis, anrequam publicetur, non sufficit, ut lex sit constituta, & habeat vim proximam obligandi. à n. 109. quod verum est etiam de lege solùm declarante. *nn.* 113. & seq.

An lex Pontificia obliget in Provinciis, ante certam notitiam Communitatis, ad quam fertur, quod Romæ publicata sit? *nn.* 113.

INDEX.

- an hoc procedat etiam de lege prioris revocatoria, vel irritante actum ex natura rei licitum? à n. 115.
- §. 1. quæ promulgatio sit de substantia legis civilis? n. 117.
An sufficiat ex natura rei promulgatio legis civilis facta in loco residentia Principis? n. 118. quid dicendum spectata voluntate Legislatoris laici? n. 124.
An textus infra Rubricam loquens specificè, limiter illam generaliter loquentem? n. 125. quid veniat nomine rubri, & nigri? *ibid.* an rubrica possit allegari pro textu? n. 126. an promulgatio legis debeat esse talis, ut causare valeat in communitate, quam ligare debet, ipsius notitiam, vel culpabilem ignorantiam? n. 128. an secus obliget particularem? *ibid.* an hoc necessariò importet aliquam temporis latitudinem? n. 129.
- §. 2. quid de promulgatione dicendum de aliis Provinciis, & Regnis extra Imperium Romanum? à n. 132.
- §. 3. an ad legem Ecclesiasticam sufficiat unica Romæ facta promulgatio? à n. 134.
Opinio affirmantium. à n. 134.
Opinio negantium. à n. 135.
Mens Authoris circa quæst. propositam. à n. 139. 144. & seq.
- Articulus 6. an in lege civili necessaria sit acceptatio populi? à n. 184.
- §. 1. an ad substantiam legis civilis necessaria sit acceptatio populi? n. 185. opinio affirmantium, *ibid.* quando censeatur lex usu acceptata, vel non acceptata? n. 186. & seq. an lex non acceptata per usum contrarium habeat vim abrogandi eam? n. 189. quæ conditiones necessariae sint, ut lex debite promulgata abrogetur per usum contrarium? n. 190. quantum temporis ad hoc requiratur? n. 192. statuitur, ut obliget lex civilis per se loquendo, non requiri acceptationem populi? n. 193.
- §. 2. Resolvuntur argumenta contraria. n. 196.
- §. 3. an ad substantiam legis Ecclesiasticæ necessaria sit acceptatio populi? n. 211.
An lex Ecclesiastica desuetudine ritè completa impediri possit, ne firma sit? *ibid.* quid dicendum, si Legislator eam urgeat? n. 212.
An subditi peccent non acceptando legem debite promulgatam? à n. 114. sensus in hoc Caramuelis, *ibid.*
An, ubi major pars Communitatis acceptavit legem, eo ipso etiam obligetur major? n. 220.
- §. an, si tempus instat observandi legem, ejus observatio præteriri possit prætextu non acceptationis? n. 223.
- §. an lex Pontificia, merè declaratoria alicujus veritatis, pendeat ab acceptatione subditorum? n. 228.
- §. an, in quantum est prohibitoria, vel poenalis? n. 230.
- Articulus 7. an humanæ leges obligent in conscientia? à n. 233.
- §. 1. an quælibet lex inducat obligationem conscientia? à n. 234.
Quid dicendum de lege poenali? *ibid.* & seq.
- §. 2. an lex injusta ex parte rei præceptæ inducat obligationem naturalem? n. 241.
- §. 3. an injusta ex parte præcipientis? n. 243.
- §. 4. an injusta ex parte subditorum? n. 244.
Quid dicendum, quando lex fundatur in præsumptione? n. 247.
- §. 5. an lex poenalis obliget in conscientia ad actum immediatè intentum à lege? n. 253.
Qualiter Legislator humanus possit obligare sub poena inferni? n. 268.
De lege poenali declinantium Telonia; n. 271.
- §. 6. de verbis exprimentibus naturam legis. à n. 273.
- §. 7. an, quando verba legis sunt graviter præceptiva, rectè colligatur obligatio gravis? n. 292. unde desumenda sit gravitas rei præceptæ? n. 294.
- §. 8. de obligatione non opponendi, vel removendi obicem implendæ legis. n. 298.
- Articulus 8. de actibus legis. n. 305.
De actu legis, in quantum imperantis. n. 306. ubi quid sit præceptum positivum? quid negativum? *ibid.* & seq.
De actu legis permittentis; à n. 309. 310. & seq. an idem sit, dare licentiam, vel permittere, & dispensare? n. 309. distinctio inter *permissum, & concessum.* n. 312.
De actu legis punientis. n. 313. an Judex inferior possit remittere totam poenalem legis? n. 314.
- Articulus 9. de materia legis. à n. 319.
- §. 1. an actus interni sint materia legis humanæ? n. 322.
- §. 2. resolvuntur argumenta contraria. n. 334.
- §. 3. an opinio negans Ecclesiæ potestatem directè præcipiendi actus jam sit antiquata? à n. 355. affirmat Cardenas. n. 359. fundamenta hujus Authoris. à n. 360. sed non probant intentum. n. 366. & 401. quid requiratur, ut propositio aliqua evadat certò falsa, propter oppositionem cum certò vera? à n. 362. & seq. responderetur ad argumenta sententia affirmantis. à n. 367.
- §. 4. Responderetur ad reliqua objecta. à n. 385. lex alia est purè directiva; alia directiva, & coactiva simul; alia coactiva vel coactione externà, vel internà, *ibid.* an sit de ratione legis *ut sic*, esse coactivam metu poenæ? n. 390. an de ratione legis *humanae*? n. 391.
- §. 5. an, qui non potest ponere majorem partem materiae præceptæ, teneatur ad minorem? n. 408. alia est materia individua; alia dividua; quid dicendum, quando præceptum est de re individua? n. 410. quid, si est dividuè præcepta? n. 414. an hæc propositio: *major pars trahit ad se minorem*, sit una ex damnatis à Sede Pontificia? n. 418.
An rectè dicatur, probabilitatem opinionis favent-

INDEX.

- faventis libertati, concurrentis cum alia magis favente legi, non manere practicè probabilem? *n.* 427.
- §. 6. an per actum peccaminosum satisfieri potest legi? *n.* 431.
An requiratur, ut fiat actus animo implendi legem. *n.* 434.
An satisfaciatur ponens actum animo non implendi legem? *n.* 435.
- §. 7. an eodem actu satisfieri possit pluribus præceptis? *n.* 436.
An eodem tempore satisfieri possit pluribus præceptis? *n.* 440.
An sit duplex culpa, omittere actum pluribus præceptis debitum? *n.* 441.
- §. 8. an satisfiat legi simul, vel successivè ponere partes materiæ præceptæ? *n.* 443.
- §. 9. an incidat in 53. propositionem ab Innocentio XI. damnatam, dicens, satisfieri præcepto audiendo ex duplici missa duas partes? *n.* 446.
Qualiter verum sit, quod opinio tenuiter probabilis, non sit practicè probabilis? *n.* 451. item hæc: quod opinio dubiæ probabilis, sit tenuiter probabilis? *n.* 452.
An ly *tenuiter* additum *probabili*, sit terminus *diminuens*, vel *alienans* significatum alterius? *n.* 453.
An satisfiat legi, materiam ejus dividuam, dividuè præceptam, ponendo simul tempore? *n.* 458.
- §. 10. an sententia Principis, decisiva alienius causæ, constituat legem in similibus? *n.* 460.
- Articulus 10. qui possint condere leges? *n.* 469.
- §. 1. quousque se extendat potestas legislativa hominum? *n.* 472.
Quid possit circa legem naturalem divinam? *n.* 472.
Qualiter Magistratus humanus jus naturale interpretari possit? *n.* 474. & seqq. an directè, vel indirectè mutare? *n.* 475.
Quid possit potestas humana circa jus gentium? *n.* 483.
- §. 2. qui possint condere legem civilem? *n.* 484.
An summus Pontifex possit condere legem civilem, quæ obliget omnes? *n.* 486.
Quid possit circa leges, à Principe sæculari conditas? *n.* 488.
An leges Cæsareæ obligent etiam in aliis Regnis? *n.* 489.
Quid, si non sit in tali regno lex propria? *n.* 491.
- §. 3. quid in materia legum civilium possint Communicates, & Magistratus? *num.* 493.
quod sit *communitas*? quid jurisdictio maritalis, paterna, despotica? *ibid.* quid possint communitates perfectæ? *n.* 495. & seqq. quid imperfectæ? *n.* 498.
- §. 4. quis possit ferre legem Ecclesiasticam? *n.* 499. an Pontifex in ferendis legibus pro
- tota Ecclesia sit independens à Cong. Cardinali. vel Concilio? *ibid.* an concedens aliis potestatem, eandem reservert sibi; imò majorem? *n.* 500.
- §. 5. quid in ferendis legibus Ecclesiasticis possint Prælati Papa inferiores? *n.* 605. an Episcopi in Synodo Diocesana, vel Archiepiscopi in Provinciali possint aliquid statuere contra privilegia Regularium? *n.* 504.
An, & quo sensu Episcopi possint in sua diocesi, quidquid potest Papa in universali Ecclesia? *n.* 505.
An possint decreta Pontificia vel in totum, vel in partem mutare? *n.* 506.
An condere statuta sine consensu Capituli? *n.* 507.
Quid possint in loco nullius diocesis? *n.* 508.
an visitare locum nullius diocesis? *n.* 509.
an tunc debeat declarare, se venire ut delegatum Papæ? *ibid.* an talis visitatio extendat se etiam ad Ecclesias regulares? *n.* 509.
Exponitur duplex lex Episcopalis, diocesana, & jurisdictionis; *n.* 510.
An Regulares exempti sint à lege diocesana? *n.* 511. an à lege jurisdictionis? *ibid.*
An potestas spiritualis Episcoporum sit *immediatè* à Christo? *n.* 512.
- §. 6. quid circa leges Ecclesiasticas possint Concilia? *n.* 514. in specie, quid generalia? *n.* 519. quid particularia? *n.* 520.
An decretis Conciliorum generalium derogetur per constitutionem posteriorem illis contrariam, esto derogatio non faciat eorum mentionem? *n.* 521.
- §. 7. quid circa leges Ecclesiasticas possint Prælati Episcopis Superiores, sed Papa inferiores? *n.* 525. an Metropolitanus in Concilio Provinciali possit facere statuta sine consilio, & voluntate Suffraganeorum; *n.* 527.
Quid circa leges Ecclesiasticas possint Cardinales; *n.* 528.
Quid Legati Pontificii; *n.* 532.
- §. 8. quid Prælati Episcopo inferiores; qui veant nomine *Prælati*; *n.* 534.
Quid possint Collegia Ecclesiarum non Cathedralium; *ibid.*
Quid Decani; an, & qualis Decanus sit dignitas; *n.* 535.
Quid circa suos possint Prælati Ordinum Regularium; *n.* 536.
Quid Superioristæ Monialium? *n.* 538. & seqq.
Quid circa leges Ecclesiasticas possit Capitulum; *n.* 540. an jus ejus conservari possit in unica persona; an possit acquirere sibi jura Episcopalia privativè; *ibid.* & *num.* seqq.
an exempta Capitula Ecclesiarum Cathedralium visitari possint ab Ordinario; *n.* 541.
De potestate Capituli Sede vacante; *n.* 543.
an possit restringere numerum Canonicorum; *ibid.* an facere statutum; ne absentes deinceps percipiant fructus, ut antè; *ibid.*
an tollere consuetudinem alias receptam; *num.*

INDEX.

- num. 545. an valeant statuta Capituli contra jus commune? n. 546.
- §. 9. an potestas legislativa possit delegari? n. 547.
- Articulus 11. qui teneantur legibus; n. 550.
- §. 1. an Legislator obligetur legibus à se conditis? n. 551.
- §. 2. an, & quibus obligentur infideles? num. 559.
- An, & qualiter amentes, ac ebrii, durante tali statu? n. 560.
- An, & qualiter pueri? n. 560. & seq. præfertim legibus positivis? *ibid.* & ante pubertatem adeptam? n. 563. ubi de c. *omnis utriusque*, n. 564. an censuris ante pubertatem, n. 567.
- §. 3. qua ratione statutis localibus obligentur forenses; n. 570. an in celebrandis contractibus, præsertim contractu dotali? n. 570. an gaudeant privilegiis locorum, quæ transeunt? n. 581.
- Qua ratione legibus teneantur vagi? n. 582. qui propriè dicantur vagi? an vagus in loco, per quem transit, puniri possit propter delictum alibi commissum? n. 583.
- §. 4. an lex vel statutum obliget existentem extra territorium Legislatoris? à n. 584.
- §. 5. an existentem in loco exempto? n. 591. qualiter differant, esse in *diocesi* alicujus, & esse de *diocesi* ejus? n. 595. an, & qualiter præceptis ligari possint subditi, àfficientibus eos etiam extra territorium existentes? à n. 599.
- An, & qualiter existentes in alieno territorio ligentur pœnis per statutum impositis? n. 604. quid si pœnæ sint latæ ipso jure, vel tantum ferendæ, quid, si delictum in uno loco sit inchoatum, in altero consummatum; à n. 604. & seq.
- §. 6. an, & qualiter omnes fideles ligentur legibus Ecclesiasticis? n. 609. an decreta Pontificum non inserta juri communi æquè obligent, ac inserta? n. 610. quid dicendum in casu discordantium legum, & canonum? n. 612.
- Qualiter veniat intelligendum, quòd Judex debeat judicare secundum notitiam, quam habet ut Judex? n. 612. cum seq. an possit aliquando judicare de legibus? *ibid.* an teneatur semper judicare secundum leges ad litteram? n. 614. an debeat in judicando sequi, quod probabilius est? n. 615.
- §. 7. an, & qualiter Ecclesiastici ligentur legibus, & statutis Laicorum? à n. 616. quid veniat nomine immunitatis Ecclesiasticæ; *ibid.* non obligari Ecclesiasticos legibus Laicorum, est communis Theologorum, & Canonistarum. n. 616.
- Hæc Ecclesiasticorum exemptio fundatur in jure civili; n. 717. Jure canonico. n. 618. Jure divino, saltem tradito, & per Ecclesiam explicato. à n. 640.
- Resolvuntur argumenta contraria; à n. 619.
- Qualiter verum sit: *necessitas legem non habet*? n. 619.
- Statuta Laicorum generalia, quorum observantia non dedecet statum Clericorum, nec adversatur sacris canonibus; non ligant Clericos etiam directivè ex vi legis laicæ; seg. naturalis. à n. 620.
- An illa Clericorum exemptio à legibus, & statutis Laicorum restringatur tantum ad *spiritualia*? n. 627.
- Qualiter intelligendum hic veniat: *qui sentit commodum, sentire debet & onus*, n. 632.
- Quam vim habeant statuta Laicorum circa ingressuros Religionem? n. 634.
- §. 8. quo jure personæ Ecclesiasticæ, ac earum bona exempta sint à jurisdictione Laicorum? n. 640. jus divinum, aliud scriptum, traditum, & explicatum; *ibid.* exemptionem illam in purè spiritualibus esse juris divini, traditi, ac ex DEI ordinatione per Ecclesiam explicari, probatur à n. 641. an etiam in his, quæ annexivè tantum spiritualia; à n. 643. ac bonis, à n. 646.
- An valeat statutum Laicorum prohibens bona immobilia transferri in Ecclesias, vel personas Ecclesiasticas, n. 650.
- §. 9. Resolvuntur argumenta contraria. à num. 656.
- An Magistratus statuendo, vel decernendo, absque justa causa jus suum possit aliis auferre, à n. 657.
- An rescriptum gratiæ procedens à Principe habeat semper clausulam annexam: *salvo jure alterius, seu sine alterius prejudicio*, *ibid.* an plenitudo potestatis an Principe faciat eisdem potestatem statuendi quilibet, ut volunt aliqui Legistæ; n. 660.
- Qualiter verum sit, quòd libertati Ecclesiasticæ præferendum sit bonum publicum, n. 662.
- Qualiter bona Ecclesiastica subsint oneribus imponi solitis à Principe Laico, à n. 663.
- An Laici justè in his obtendant praxim contrariam, 664.
- Articulus 11. de causis excusantibus ab observantia legis. n. 666.
- §. 1. an id præster inculpabilis ignorantia legis? n. 668.
- Ignorantia legis alia inculpabilis, alia invincibilis. n. 666.
- An ad culpam formaliter imputabilem sufficiat quodcunque voluntarium? n. 668.
- An sufficiat opus voluntarium tantum in esse operis? & an in esse peccati? n. 669.
- An culpa formalis contrahatur secundum eam formalitatem malitiæ, secundum quam operanti per ignorantiam absconditur. n. 669.
- An agens contra legem cum ignorantia crassa, & supina, præsumatur non ignorasse? n. 670.
- An, qui cum ignorantia culpabili facit actum malum, v. g. injustum, verè ignorans ejus

INDEX.

- ejus malitiam, peccet non tantum formaliter peccato negligentiae, sed etiam injustitiae? n. 671.
- In quo formaliter consistat formalis malitia ignorantiae culpabilis? à n. 671.
- §. 2. an habitualis, vel virtualis noticia præcepti componi possit cum ignorantia invincibili, quâ tali? n. 672. responsio est negativa *ibid.* an, ut quis desinat esse invincibiliter ignorans, requiratur actualis aliqua cogitatio de obligatione? n. 673.
- Proponuntur argumenta Muniessæ volentis oppositum, n. 674. & seq. quæ requirantur, ut ignorantia dicatur verè culpabilis? n. 681.
- §. 3. quo tempore actus solum voluntarii in causa impurentur ad culpam? à n. 686.
- An actus in causa liberè volita prævisi, & causa per pœnitentiam non retractata impurentur ad culpam tunc, quando sequuntur extra statum libertatis? à n. 689.
- §. 4. an opus extra statum libertatis secutum ex causa voluntariè data imputeretur ad novam malitiam, ultra malitiam causam? à n. 703.
- Affirmativam sequitur Muniessa, *ibid.* & à n. 703. responderetur ad ejus probationes, propositas superius à n. 675.
- Qualiter verum sit dari quandoque peccatum ignorantiae præter peccatum infirmitatis, & malitiæ? n. 703.
- An, & qualiter verum sit, quod homo impunitè peccet contra legem toto tempore, quo exercet opus prohibitum, licet tunc toto tempore non advertat ad malitiam actus, quem exercet? à n. 704.
- An ignorantia præsens, secuta ex culpa, virtualiter influat in actum tunc, quando tunc nulla est cognitio de malitia operis? à n. 708.
- An ponens actum sub poena prohibitum, incurrat pœnam, si prius, quàm actus consummatur, retractetur per pœnitentiam? à n. 713.
- An, ut homo actu peccet, debeat advertente non tantum, se peccare; sed etiam, ut reflexè advertat, se advertere? n. 715.
- §. 5. an ignorantia culpabiliter inducta possit fieri invincibilis? & inculpabilis? à n. 717.
- 757.
- An à culpa excuset aliquando ignorantia vincibilis? n. 719.
- An opus ex se malum, si fiat ex conscientia inculpabiliter dictante, illud facere, esse sub obligatione, possit esse formaliter honestum, & bonum moraliter? à n. 731.
- Negativam tuetur P. Muniessa, à n. 732. ejus rationes *ibid.* non probant intentum, à n. 734. & seq. unde contrarium est probabilius, à n. 747. responderetur ad rationes oppositas, à n. 747.
- Qualiter verum sit nullum opus posse esse formaliter honestum, nisi reguletur à prudentia? n. 747.
- An conscientia inculpabiliter errans sit contraria legi divinæ? à n. 750.
- Qualiter dictamen prudentiæ possit falsitati subjacere? n. 749.
- Quo sensu verum sit, quod conformitas cum prima regula sit ratio indefectibilis honestatis? n. 752.
- exponitur textus S. Thomæ, quo utuntur contrarii, n. 761.
- An Deus sit causa specialis conscientiae invincibiliter, ac inculpate errantis, ac dictantis, v. g. esse sub obligatione hæc, & nunc mentiri? à n. 765.
- An falsa sit hæc propositio: homo bene, ac honestè operatur, quoties agit, quod conscientia irreprensibiliter dicit, *istud opus esse præceptum vera lege Dei, si propterea facit, ut obediat legi Dei?* à n. 771.
- §. 6. an universaliter verum sit, quod objectum non transfundat suam malitiam in actum, nisi ut præcognitum? n. 775. sunt, qui negent, n. 775. sed oppositum tenendum, n. 776.
- An peccet graviter, qui amplectitur objectum sub ratione mali præcisè? n. 780.
- An, qui putaret suum peccatum esse strictam injuriam contra Deum, quod non esset in re, nihilominus illud faciendo committeret injuriam? n. 784.
- §. 7. an ignorantia prius inculpabilis, talis permaneat superveniente scrupulo de bonitate, vel malitia operis? à n. 788.
- An intellectus reflectens supra suspensionem omnis actus circa quæstionem, quid sit tenendum ex duobus oppositis, possit esse certus de objecto directo, & incertus, atque suspensus circa objectum indirectum? à n. 791.
- An idem sit *dubium*, & *incertum*? n. 792.
- An habens opinionem circa objectum directè propositum, licet actu formidet de opposito, sit propriè, ac formaliter dubius? n. 794.
- An idem sit *dubitare*, & *assentiri cum formidine*? 794.
- An dubium negativum recte explicetur per suspensionem omnis actus, cum nulla occurrat ratio pro alterutra parte contradictionis? n. 795. quid sit propriè *dubium speculativum*, quid *practicum*? à 696.
- Quæ pars contradictionis rectè dicatur *tuta*, vel *tutior*? quæ *minus*, aut *non tuta*? à n. 797. an opinio ex hoc, quod sit *probabilior*, eo ipso etiam *tutor*? vel *econtra*? aliqui censent *tutior* aliam esse; quæ remover ab omni peccato; aliam, quæ magis à falsitate; atque aded aliam *tutior* quoad veritatem; aliam quoad immunitatem à peccato; *ibid.*
- Quid sit propriè *scrupulus*? idem sit ac *dubium*? in quo sita sit conscientia *scrupulosa*?

- sa? n. 799. an includat aliquem actum voluntatis? *ibid.*
 An conscientia irreprehensibiliter errans dici possit, vel non possit ratio recta, n. 800.
- §. 8. an homo teneatur obedire conscientiae invincibiliter erranti, à n. 802.
 An necessitatus ad alterutrum ex duobus æqualiter malis, eligendo, unum determinatè peccet, n. 803.
 An sit majus peccatum agere juxta, vel contra conscientiam vincibiliter errantem, *num.* 808.
- §. 9. quid agendum, ubi conscientia irreprehensibilis excluditur per dubium superveniens, n. 809.
 An semper sit peccatum operari stante dubio practico, sive negativo, sive positivo n. 810.
 Qualiter dubium ante operationem sit deponendum, n. 811. quid, si dubium non possit vinci *ibid.* & seq.
- §. 10. an dubitans negativè (ubi dubium vinci non potest) teneatur ad eligendam partem tutiorem, in quantum tutior est ratione impeccantiæ, vel ratione veritatis, seu majoris probabilitatis? à n. 812. & seq.
 An tali casu sit obligatio eligendi determinatè partem tutiorem. à n. 814.
 An ex hoc quis licitè operetur, si uni parti contradictionis determinatè accedat per quodvis judicium intellectûs, n. 816.
 An dubium subjectivè existens in operante, rectè deponatur per hoc, quòd quis sciat, unam partem ex oppositis ab aliis doceri ut probabilem, vel etiam probabiliorem oppositâ, à n. 817.
 Quid sit sibi formare conscientiam rectè operandi, à n. 818.
 An, & in quo casu illa regula (*in dubio tutior pars est eligenda*) sit præceptiva, vel tantum consiliativa, à n. 819.
 An, quando quis ex præcepto teneretur in dubio eligere partem tutiorem, intelligendum veniat de tutiore ratione impeccantiæ, vel veritatis, seu majoris probabilitatis, à n. 819.
 An sententia favens legi contra libertatem, tutior ratione veritatis, sit minus tuta ratione impeccantiæ, & hæc tunc eligenda præ illa, cum locus est regulæ (*in dubio tutior &c.* in quantum præceptivæ, n. 820.
 An dubium negativum rectè deponi possit per judicium reflexum ad eam regulam: quòd in pari causa sit melior conditio possidentis, à n. 820. & seq.
- §. 11. quousque locum habeat illa regula, quòd in dubio tutior pars est eligenda, à n. 823.
 An conscientia probabilis existens subjectivè in operante possit eidem esse falsa, à n. 830.
 An idem sit operari cum dubio, & operari cum formidine, n. 432.
 An operans sine certitudine, quòd sua ope-
- ratio non sit peccatum, eo ipso peccet, à n. 833. an talis exponat se periculo peccandi, n. 834.
 An hoc ipso, quòd operanti subjectivè sit probabilius, ipsum non peccaturum, etiam sit probabile, peccaturum n. 836. An repugnet, quòd quis actu simul judicet judicio affirmativo (v. g. licere contractum) esse magis, & minus probabile objectivè, à n. 837.
 Qualiter opinio de aliquo objecto possit esse concepta prudenter positivè, vel negativè, n. 838. an, ut quis non operetur malè ductu alicujus opinionis, sufficiat illam esse conceptam prudenter negativè, n. 839.
 An, & qualiter conscientia differat à syn-teresi, & prudentia, n. 840.
 An requiratur certus esse actus prudentiæ etiam solum imperatos ab ea, n. 842.
 Qualiter intelligendum veniat, quòd judicium opinativum habeat adjunctam formidinem, n. 845. an pertineat essentialiter ad opinionem propriè dictam, quòd judicet oppositum actu esse, n. 845. vel quòd nostro judicio actu subit fallum, n. 847. vel quòd propter motiva opinionis contrariæ adsit periculum falsi, n. 850.
- §. 12. Quousque locum habeat regula, quòd in dubio melior sit conditio possidentis, à n. 852. Variæ Doctorum opiniones, n. 853. an ei locus sit etiam extra materiam justitiæ, quando subnascitur dubium inter libertatem hominis, & legem, n. 854. Authores, qui negant, eorumque rationes. à n. 854.
- §. 13. Sententia Authoris à n. 858.
 In quo consistat possessio libertatis contra legem, quid e contra, n. 859. an lex obliget, quando dubitatur de ipsius existentia, à n. 861. an omnis lex habeat vim obligandi absolutè, vel tantum ex suppositione, n. 862. quid si suppositio non sit nisi dubia, vel si certum sit, non esse suppositionem, *ibid.* & n. seq.
 An verum sit, possessionem libertatis certam esse contra legis obligationem, quoties ejus existentia inculpate ignoratur, à n. 864. an hæc evertatur per superveniens dubium merè negativum, vel positivum, n. 865.
 An quis licitè operetur sequendo opinionem, quæ pro libertate contra legem, quando ea probabilior est opposita, n. 866.
 novis argumentis impugnatur possessio libertatis contra legem. à n. 888. respondeatur iisdem à n. 872.
- §. 14. An, qui antècedenter erat in certa possessione libertatis contra legem, superveniente dubio negativo possit deponere dubium ex regula, quòd possessio in dubio faciat potiorem ipsius conditionem, à n. 873. proponuntur rationes negantium à n. 875. & solvuntur *ibid.* quid si dubium sit positivum, *ibid.*

INDEX

- §. 15. an, & qualiter ignorantia culpabilis excuset à culpa inobservantiae legis, n. 878. an ignorantia culpabilis, successu temporis fieri possit inculcata, n. 881. Qualiter verum sit, quòd scire, & debere scire aequiparentur, n. 882. an universaliter procedat, quòd eventus imputeretur ad culpam danti operam rei illicitae, *ibid.* qualiter verum sit, quòd ignorantia facti, non juris excuset, n. 883.
- An possit dari ignorantia invincibilis circa principia juris naturalis, n. 884.
- An sufficiat ad culpam gravem cognitio, quòd opus sit malum, à n. 885. unde quis cognoscere possit se opus non fecisse cum advertentia sufficiente ad culpam mortalem, à n. 887.
- Quam diligentiam quis adhibere debeat, ut eà posità maneat inculpatè ignorans, à n. 890.
- §. 16. Quid dicendum de ignorantia, quae non potest vinci, dum operans in actum procedit, à n. 894.
- An juxta quantitatem culpae, quae est in causa, mensuretur culpa in effectu ex illa securo, n. 898.
- §. 17. an ignorantia comitans, si sit inculpabilis, inobservantiam legis excuset à culpa n. 899.
- An omnis ignorantia, etiam culpabilis, saltem minuat culpam, n. 902.
- Qualiter verum sit, in foro externo non credi alleganti ignorantiam legis, & ignorantiam praesummi, ubi scientia non probatur, à n. 903.
- §. 18. an periculum gravis mali excuset à culpa in observantiam legis, n. 905. quid si periculum illud non est annexum operi praeepto, sed provenit à natura, vel aliunde, n. 908.
- Articulus 12. de legis interpretatione n. 910. 2821.
- Quid sit legis interpretatio, quid authentica, quid doctrinalis, n. 910. unde desumatur doctrinalis, *ibid.*
- §. 1. quibus competat potestas authenticè interpretandi leges, n. 912. an istam potestatem habeat Congregatio Cardinalium pro dubiis in decretis Concilii Tridentini, à n. 914. quid dicendum in hac quaestione de illorum declarationibus, quae passim ab Authoribus allegantur, à n. 915.
- Resolvitur pro negativa quoad vim obligandi, antequam debite publicentur, n. 920. quae conditiones necessariae sint, ut verè sint authenticae, à n. 923.
- §. 2. an inferiores Judices habeant potestatem authenticè interpretandi legem Superioris, à n. 932.
- §. 3. an culibet liceat legem doctrinaliter interpretari, n. 931. an sub lege prohibente illius interpretationem veniat etiam interpretatio doctrinalis, à n. 932.
- Referuntur tres modi in legibus utendi epichia; n. 935.
- §. 4. qualiter doctrinalis interpretatio legis fieri debeat in dubio de intentione Legislatoris, n. 938. an, ubi constat de hujus intentione, curanda sint verba legis, *ibid.* an in dubio de illa maximè attendi debeat verborum proprietates, n. 940. hoc postremum limitatur in pluribus, à n. 941. & 951.
- Quid comuniter intelligatur per *absurdum*, n. 493. qui effectus ex illo, *ibid.*
- Interpretatio legis elusoria non valet; nec, quae illam reddit otiosam, & sine effectu etià alicujus verbi. n. 944. quod tamen limitatur à n. 946.
- Qualiter in dubio statuti verba explicanda sint, n. 947. V. etiam n. 2817.
- Quo sensu procedat, quòd lex generaliter loquens, generaliter accipienda sit, n. 948. & ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debeamus, *ibid.* in quibus dictae regulae limitentur, à n. 949.
- Unde colligi possit mens, & intentio Legislatoris, n. 954. & n. 2820.
- §. 5. quae proprietates verborum servanda sit in doctrinali legis interpretatione. num. 955. quid sit significatio verborum, quid naturalis, usualis, & juridica, seu civilis, à n. 905.
- Quae verborum significatio servanda sit in legum interpretatione, à n. 958. quid si lex sit favorabilis, n. 958. quid, si odiosa, n. 960.
- An in poenalibus semper facienda sit verborum interpretatio mitior, n. 963. quid hujus nomine veniat, *ibid.*
- An, ubi tractatur de obligatione imponenda, vel inducenda, stricta interpretatio adhibenda sit, n. 964.
- An, & qualiter interpretatio legum fieri possit beneficio juris prudentiae brocardicae, seu axiomatice, à n. 965. ejus objectum sunt regulae juris; *ibid.* ubi, & quando haec utiliter allegentur, n. 967.
- An in dubio interpretatio potius fieri debeat pro valore actus, quam e contra, n. 968.
- An in dubio positivo pronuntiari possit pro favore libertatis, quando pro hac militat possessio contra legem, esto haec pro se habeat majorem apparentiam veri ex principiis directis, n. 970.
- An major probabilitas pro una, elidat in minus probabili vim movendi ad assensum prudentem, à n. 971. an ex hoc, quòd in bilance unum pondus aequale alteri, hujus motum in actu secundo impediatur, rectè concludatur ad potentiam rationalem, cui proponuntur motiva de se in utramque partem contradictionis probabilia, *ibid.*
- §. 6. de legis interpretatione per extensionem casus ad casum. n. 974. extensio legis alia est comprehensiva alia merè extensiva, & quid utraque, n. 975.
- An extensio legis comprehensiva fieri possit à casu expresso ad non expressum propter

INDEX.

- omnimodam similitudinem, seu identitatem rationis, *n.* 976. & seq. rationes contra indefinite affirmantes. à *n.* 977.
- §. 7. an in odiosis, & poenalibus valeat interpretatio extensiva casus ad casum, à *n.* 983. rectius eligitur negativa, à *n.* 984.
- §. 8. an interpretatio extensiva recte fiat in lege correctoria, à *n.* 986. probabilius, & pia. *n.* 990.
An in materia dispensationis procedat argumentum à majori ad minus, *n.* 991. explicatur regula, *cui licet &c. in 6. ibid.*
- §. 9. in quibus casibus valeat extensio propter identitatem rationis, *n.* 997. quo sensu procedat regula, ubi est eadem ratio etiam eadem est juris dispositio. à *n.* 998. an procedat in correlativis, & connexis, à *n.* 999.
- Articulus 13. an, & qualiter lex extendatur ad præterita, à *n.* 1005.
- §. 1. quid in hoc dicendum de lege dispositiva, à *n.* 1006. an, si expresse statuat de præteritis, intelligatur etiam de negotiis jam decisis, & finitis, *n.* 1007. an de adhuc pendentibus coram iudice, *n.* 1008. & 1013.
- §. 2. an lex imponens poenam delictis extendatur ad præterita, à *n.* 1014.
- §. 3. an lex irritans extendatur ad præterita, *n.* 1016.
- §. 4. an extendatur ad præterita, in quantum est declarativa, *n.* 1017.
- Articulus 14. de confirmatione legis. à *num.* 1020. quid sit confirmatio in forma communi, quid in speciali, *ibid.* quid actui de se subsistenti superaddat confirmatio ejus in forma communi, *n.* 1021. unde cognoscatur eam esse in forma speciali, *n.* 1022. quis sit effectus confirmationis in forma speciali, *n.* 1023. quid intelligatur per confirmationem substantialem, & accidentalem, *n.* 1024. An statutum à Superiore confirmatum solum accidentaliter revocari, vel aboleri, possit à statuentibus, *n.* 1025. quid, si confirmatum sit substantialiter, *n.* 1026. quædam limitationes. *ibid.* quid si statuentes illud firmarunt juramento, *n.* 1027.
- Articulus 15. de cessatione legis. à *n.* 1028.
- §. 1. de cessatione legis per ejus abrogationem. *n.* 1029. *n.* 2821.
An inferior possit abrogare legem Superioris, *n.* 1030.
An Episcopus abrogare possit leges Synodales, *n.* 1038. 1041. an ipse ligetur legibus conditis ab antecessoribus, *n.* 1040.
- §. 2. quid requiratur, ut lex abrogetur, *num.* 1045. an lex privative abrogari possit valide sine causa, *n.* 1046. an contrariæ legis constitutione, *n.* 1048.
An abrogatio legis requirat ejus promulgationem, *n.* 1051. quando lex prior censetur abrogari per posteriorem illi contrariam, *n.* 1054. an derogetur priori, insertæ juri communi, per posteriorem illi contrariam, *n.* 1054. an etiam non insertæ, si nullam ejus mentionem faciat, *ibid.* & seq.
An privilegia, & consuetudines particulares personarum, Ordinum, aut locorum abrogentur per leges communes, & clausulas generales, sive speciali eorum mentione, *n.* 1061. an per clausulam: non obstante quocunque privilegio etiam exigente sui mentionem de verbo ad verbum, *n.* 1062.
- §. 3. de cessatione legis per exceptionem, vel excusationem, *n.* 1064.
An lex universaliter loquens patiatur quandoque exceptionem, *n.* 1064. in quibus casibus lex universaliter loquens habeat contrarietatem cum æquitate naturali, *n.* 1069. & 2521.
- §. 4. de cessatione legis per cessationem causæ ferialis, *n.* 1078. finis legis alius intrinsecus, alius extrinsecus; *n.* 1078. an præsumatur Legislator voluisse, quod lex, cum potuit, non expressit. *ibid.* an stante fine intrinseco legis, steret lex, *n.* 1080. & 1802. qualiter intelligenda sit regula: *cessante legis ratione, cessat quoque ejus dispositio*, *n.* 1081. an hoc intelligatur de fine legis intrinseco, vel solum extrinseco, *n.* 1087. an regula procedat, sive negative, sive contrarie esset finalis causa legis, à *n.* 1082.
An cessante finali causa legis in casu particulari, pro eodem cesset lex, *n.* 1086. affirmant aliqui indefinite; *ibid.* alii limitatè; *ibid.* alii affirmant, si finis alius cesset contrarie; .2 si fundetur solum in præsumptione facti; non autem si in præsumptione communis periculi; *n.* 1087.
- §. 5. de cessatione legis per desuetudinem. *n.* 1089.
- §. 6. de cessatione legis per interpretationem. *n.* 1091.
- §. 7. de cessatione legis per derogationem. *n.* 1902.
Qualiter procedat, quod posterior lex Principis derogat priori, in quantum ei contraria est, *n.* 1092. limitationes dictæ regulæ. à *n.* 1904.
Qualiter procedat axioma, quod generi per se speciem derogetur, à *n.* 1095. aliquot ejus limitationes. à *n.* 1096.
- Articulus 16. de activa dispensatione legis. à *n.* 1097.
- §. 1. quid sit dispensatio, & quis ejus effectus, *n.* 1098.
- §. 2. an in jus naturale, & divinum cadere possit dispensatio, à *n.* 1101.
- §. 3. an, & qualiter Legislator dispensare possit in lege propria? vel inferior in lege Superioris, *n.* 1103.
- Articulus 17. de passiva dispensatione legis. *n.* 1104.
- §. 1. an quilibet Superior secum dispensare possit in lege propria, *n.* 1105. an in lege Superioris? saltem in his, in quibus potest cum subditis, *n.* 1106. an quis in se ipsum exercere possit juris dictionem contentiosam,

INDEX.

- fam, vel voluntariam, n. 1108. an interdantem, & accipientem ex natura rei debeat esse distinctio? n. 1110. qualiter verum sit, neminem sibi subijci? n. 1114.
- §. 2. an, & qualiter Superior loci dispensare possit cum vagis, & forensibus? n. 1115.
- §. 3. an Metropolitanus dispensare possit cum subditis suorum Suffraganeorum? à n. 1124.
- Articulus 18. de causa requisita ad dispensationem, à n. 1127.
- An habenti potestatem dispensandi liceat, imponere multam à dispensando perfolvendam? n. 1128.
- Articulus ultimus: de reliquis ad dispensationem pertinentibus, à n. 1131.
- An in materia dispensationis valeat argumentum à majori ad minus? n. 1135.
- An valeat dispensatio inferioris in lege Superioris absque causæ cognitione? n. 1139.
- An dispensatio facta literis Apostolicis valeat literis nondum expeditis? n. 1140. quid, si dicatur literis non confectis? n. 1141.

P A R S II.

De nonnullis legibus in particulari.

- Articulus 1. de lege irritante; n. 1144. lex irritari potest vel rescindendo, vel irritum declarando, vel impediendo. *ibid.*
- An Legislator humanus possit subditorum actus irritare? n. 1145. idque vel ipso jure, vel per sententiam? n. 1146.
- Quid importetur, cum dicitur hoc, vel illud pertinere ad formam actûs, vel dispositionis? n. 1147. & seq.
- §. 1. quando lex irritans censeatur pœnalis? n. 1152. quando lex dici possit odiosa? quando favorabilis? à n. 1154.
- §. 2. an lex hoc ipso sit irritans, quòd sit prohibens? n. 1156. qualiter verum sit, factum contra legem, infectum haberi? *ibid.* cum seqq.
- §. 3. an lex irritans liget etiam ignorantes? n. 1161.
- An leges, præcisè in pœnam irritantes actum, producant effectum nullitatis in actu, etiam ignoratâ pœnâ? n. 1164. quid dicendum? si non in pœnam delicti, sed speciale commodum Reipublicæ condita sit lex? n. 1166.
- §. 4. à quo tempore lex irritans incipiat habere effectum, seu inducat nullitatem? n. 1170.
- §. 5. an, ut lex irritans producat suum effectum, Indigeat sententiâ?
- §. 6. quæ verba legis significant, eam esse irritantem? n. 1185. quid dicendum, quando verba legis resistunt pœnitentiæ actûs? *num.* 1191.
- Articulus 2. de lege pœnali. 1193. quid, & quotuplex sit pœna? *ibid.* & seq. quot modis lex imponat transgressoribus pœnam? à n. 1194.
- An lex imponens pœnam spiritualem obliget & ad actum immediatè positum sub lege,

- ad pœnam? n. 1195. quid si pœnam merè temporalem? n. 1196.
- §. 1. an, & qualiter ignorantia legis excuset à pœna legis? n. 1198. an effectus de se mortaliter malus, secutus ex ignorantia solùm leviter culpabili, sit tantùm leviter malus? n. 1202.
- §. 2. an, & qualiter ignorantia pœnæ, delicto annexæ, excuset ab incurfu pœnæ? à *num.* 1208.
- §. 3. Resolvuntur argumenta contraria, *num.* 1222.
- An pœna novo jure statuta incuratur ab ignorante tale jus? n. 1222. jus prohibens actum, non est formaliter puniens; hinc cum scientia illius stat ignorantia hujus, n. 1223.
- Ad incurramdam pœnam ipso jure statutam non requiritur consensus delinquentis in pœnam; secus in causam pœnæ. *num.* 1225. & 1227.
- An sit in censuris speciale, quòd non incurantur sine noritia pœnæ delicto annexæ? n. 1219. 1231. & seq.
- In quo consistat violatio legis ex contemptu? à n. 1235.
- Unde colligatur, quòd lex sit primariò, vel tantùm secundariò pœnalis? à n. 1239.
- §. 4. an, & quæ pœnæ incurantur, vel non incurantur ante sententiam Judicis? à *num.* 1243. qualiter intelligendæ veniant clausulæ, ipso facto, ipso jure? n. 2249.
- §. 5. an pœna conventionalis debeatur ante sententiam Judicis? n. 1255.
- §. 6. Reliqua de lege pœnali. n. 1259.
- An quis possit propter alterius delictum puniri? n. 1259.
- An leges merè pœnales obligent sub peccato? n. 1263.
- An leges pœnales, ad incursum pœnæ, accipiendæ sint cum effectu? n. 1264. an loquentes de causis, vel personis solùm exempli causâ extendantur ad similes? n. 1265.
- An lex pœnalis procedat in non expressis à lege, propter identitatem, similitudinem, vel etiam majoritatem rationis? à n. 1266.
- Qualiter statuendus sit modus pœnæ? *num.* 1269.
- An Judex pœnam legalem possit mutare? n. 1270.
- An ex eodem delicto quis possit sæpiùs puniri? n. 1270.
- Quid observandum, quando agitur de pœna imponenda? n. 1272.
- An pœna privationis imponi possit in casu non expresso à jure, n. 1274. qualiter procedat, quòd, qui non habet in ære, luat in pelle, n. 1273.
- Articulus 3. de lege favorabili, & odiosa, n. 1277.
- Ex quo capite lex aliqua propriè desumat rationem favorabilis, vel odiosæ, referuntur aliorum sententiæ, à n. 1277. sententia Authoris, à n. 1282.

INDEX

Articulus 4. de lege Episcopali, n. 1286.
 Lex Episcopalis alia jurisdictionis, alia diocesanæ; quid utraque, à n. 1286. ad quam materiam se extendat lex jurisdictionis, n. 1286. ad quam lex diocesanæ, n. 1286.
 §. 1. an Regulares subsint legi diocesanæ, vel jurisdictionis Ordinariorum, à n. 1287.
 An Parochus ex hoc præcisè, quòd aliqua Ecclesia, vel Capella sit intra fines suæ Parochiæ, habeat fundatam in jure intentionem super ejus subjectione, n. 1288.
 §. 2. an Regulares subsint legi jurisdictionis Legatorum Papæ, n. 1289.
 §. 3. an regulares exempti, in delictis commissis in loco non exempto, quoad punitionem subsint jurisdictioni Ordinariorum, à n. 1296. ratio affirmandi, *ibid.* & seq. exponitur c. *volentes, de privileg. in 6.* à n. 1294. & n. 1305. ratio negandi subjectionem, à n. 1296. hæc sententia approbatur, ut probabilior. *ibid.*
 An, ubi Prælati Regularis, & exemptus est negligens in correctione, jurisdictionis devolvatur, n. 1301. an valeat processus Episcopi contra Regulares personaliter exemptos, n. 1302.
 An validæ sint censuræ Ordinariorum contra personaliter exemptos, n. 1303.
Articulus 5. de Rubricis. n. 1310. quid veniat nomine Rubricarum? unde sic dictæ, *num.* 1310. quam vim habeant rubricæ canonum in corpore juris canonici, n. 1311. an rubrica subinde limitet, vel ampliet nigrum, seu textum infra positum, n. 1312.
 An omnes Rubricæ Ecclesiasticæ sint præceptivæ, n. 1313. negativa certa est; *num.* 1316. quæ sint præceptivæ? quæ tantum directivæ, à n. 1314. non tantum directivæ pro arbitrio omitti possint, n. 1318. Quæ communiter inter Doctores censeantur præceptivæ, quæ non, à n. 1319.
Articulus 6. de reliquis spectantibus ad materiam de legibus n. 1334.
 An declarationes Sacræ Congregationis habeant vim legis, n. 1334. & seqq. quid requiratur, ut dicantur sufficienter intimatæ, n. 1336.
 Quam vim habeant decisiones Rotæ Romanæ, n. 1337.
 Quam vim habeat Stylus Curie Romanæ? n. 1338.
 Quæ sit vis traditionum? n. 1339.
 Quæ sit autoritas Glossæ? n. 1340. an utiliter allegetur sine textu? n. 1341.
 Quam vim habeant jura municipalia? à n. 1242.
 An Legislatores teneantur suis legibus quoad vim coactivam, vel solum directivam? n. 1343.
 Qualiter intelligenda veniat regula de connexis? à n. 1345.
 An jurisdictio alicui concessa porrigatur ad omnia connexa? n. 1346. & seq.

Qualiter verum sit, quòd casus in lege nova omittus maneat sub dispositione juris prioris? n. 1347.

Quamdiu duret pœna propter contumaciam decreta non expressa ejus perpetuitate? n. 1348.

An pœna absolutè statuta præcisè ob delictum non expresso durationis tempore, censenda sit perpetua? n. 1348.

Qualiter procedat, cum dicitur, lex in præteritum indulgens, vetare in futurum? *ibid.*

Lex adjiciens dispositioni clausulam generalem: *non obstante quocunque statuto, aut consuetudine in contrarium*, tollit omnia adversantia; n. 1349. si autem ea damnet ut irrationabilia, vel tanquam bono communi noxia, etiam impedit futura, *ibid.*

QUÆSTIO III.

Ad Titulum 3. de Rescriptis.

Articulus 1. quid, & quod simplex sit rescriptum, n. 1352. quid sit rescriptum justitiæ, gratiæ? quid expectativa, mandatum? *num.* 1353. quid sit vivæ vocis oraculum? epistola decretalis? *ibid.* quid rescriptum generale, speciale, perpetuum, temporale? n. 1354. Ad quid detur rescriptum justitiæ, ad quid rescriptum gratiæ, n. 1355. in dubio præsumitur rescriptum justitiæ, n. 1356.

Articulus 2. quis possit impetrare rescripta? n. 1357.

§. 1. an excommunicatus? n. 1. 358. statuitur negativa; *ibid.* sed cum certis limitationibus, à n. 1359. an id procedat etiam de rescriptis Episcopalibus? n. 1360. an rescriptum proliè impetranti, sed contra illud agenti.

§. 2. an quis possit impetrare rescriptum pro alio, n. 1365.

Articulus 3. de quibus rebus, & contra quos impetrari possint rescripta, n. 1369. quid concedatur per adjectam clausulam, & *quidam alii, & res aliæ*, n. 1370. & seq.

Articulus 4. quæ sit vis rescriptorum, à n. 1376. An rescriptum faciat jus inter omnes, n. 1377.

Clausula (*si preces veritate nitantur*) Jure Civili exprimenda est; Jure Canonico semper inest rescriptis, n. 1378. 1409.

An rescripta delegatoria extendantur ad personam non expressam, n. 1379.

Quo sensu verum sit, quòd rescripta sint stricti juris, n. 1381.

An rescriptum extendatur ad casus postea exortos, n. 1386.

An rescripta Papæ recipiant interpretationem à stylo Curie, n. 1387.

Qualiter verum sit pronuntiarum Curialium, omnia rescripta Papæ esse *de forma*, n. 1388.

An rescriptum ante præsentationem tribuat jurisdictionem, n. 1389. An

INDEX

- An rescripta iustitiæ de Jure Canonico sint tantum annalia, n. 1390.
- An, & qualiter in rescriptis attendi debeat tempus datæ, n. 1392.
- §. unicus: quid, & quotuqlex sit *data*, n. 1394. quid sit Bulla, Breve, Signatura, n. 1395. an literæ Apostolicæ ante appensum plumbum sint *authentica*, ac probent, an post appensum expeditæ, n. 1396.
- Quid sit *data* prima, secunda, & postrema, & quæ distinctio, quis effectus, à n. 1399.
- Articulus 5. de obreptione, ac subreptione rescriptorum, à n. 1406. quando contingat subreptio, quando obreptio, n. 1406.
- §. 1. an, & qualiter rescripta vitentur obreptione, vel subreptione, n. 1407.
- An rescriptum *gratia* vitietur tacendo verum, vel allegando fallum, esto id contingat *bona fide*, n. 1410. accipienda est resolutio cum limitationibus, à n. 1411.
- An rescriptum iustitiæ dolo impetratum sit ipso jure nullum, n. 1415. 1419.
- Quando rescripta iustitiæ sint in forma communi, quando speciali, n. 1417.
- An rescriptum censeatur subrepticium, si subreptio versetur solum circa causam impulsivam, n. 1421.
- Quid dicendum, si allegatis pluribus causis aliquæ sint veræ, aliquæ falsæ, n. 1424.
- An in Jure per rescriptum Delegato cesset jurisdictio, si semel (licet nulliter) pronuntiavit in causa delegata, n. 1425.
- §. 2. an quælibet obreptio, vel subreptio vitiet rescriptum, n. 1426. quod *verum* sit de necessitate exprimendum à supplicanti- bus, n. 1427. & 1471. præsertim in supplicati- one pro beneficio? à n. 1428. & seqq.
- An, & qualiter rescripta vitentur obreptione, seu allegatione falsi? n. 1444.
- Quid veniat nomine causæ finalis, & impulsivæ rescriptorum? n. 1445. & seq.
- §. 3. quid dicendum, quando vitium obreptionis, vel subreptionis commissum est, non à supplicanti- bus, sed à Procuratore, vel Officiali Curia Romanæ? à n. 1451.
- Qualiter verum sit, quod Delegatus non possit egredi fines mandati? n. 1454. nec possit cognoscere de validitate rescripti? n. 1455.
- §. 4. an, & quando error in termino demonstrante, vel taxante vitiet rescriptum? n. 1458.
- §. 5. an rescriptum vitietur non facta mentione prioris rescripti super eadem re? n. 1468.
- Unde colligi possit, quod aliqua qualitas de jure, ac necessario exprimenda sit ab Oratoribus? n. 1471.
- Articulus 6. de interpretatione Rescriptorum, à n. 1475.
- §. 1. quæ interpretatio adhibenda sit in rescriptis iustitiæ, n. 1475.
- §. 2. quæ in rescriptis gratiæ, n. 1485. præsertim beneficialibus, *ibid.*
- Ex clausulis rescriptorum quædam semper insunt, à n. 1489. aliqua generalia de natura clausularum, à n. 1489.
- §. 3. de clausula: *si preces veritate nitantur*, n. 1491. an hæc clausula mandatum reddat conditionale, n. 1492. quid operetur clausula: *si preces veritate niti compereris*, n. 1491. vel hæc: *si constiterit*, vel *si ita est*, n. 1493. & seq. quid hic intelligatur per *preces*, n. 1495. an illi clausulæ locus sit in rescriptis motus proprii, n. 1496. Vid. quoque n. 1544.
- §. 4. de clausula: *motu proprio*, n. 1479.
- Quos habeat effectus, n. 1498. an procedat, esto non verificentur causæ allegatæ ab Oratoribus, n. 1501. quæ tollat impedimenta, n. 1502. an tollat impedimentum pluralitatis beneficiorum, n. 1503.
- Quomodo intelligendum, quod non tollat defectum eorum, *que sunt facti*, n. 1504.
- An utentem liberet ab onere probandi narrata, n. 1505. an vitium subreptionis, n. 1506. & seq. an intelligenda sit dispositio, habens eam clausulam, prout jacet, n. 1510.
- An habenti rescriptum motus proprii currat tempus à die vacationis, vel scientiæ, n. 1511.
- §. 5. de clausula: *ex certa scientia*, n. 1512.
- Quis ejus effectus in ordine ad revalidanda prius nulliter concessa, n. 1513. vel etiam amissa, prius valide concessa, n. 1514. an æquivalet clausulæ: *de plenitudine potestatis*, *ibid.* & seq. an, ut per hanc clausulam tollatur nullitas actus, hujus radix nota esse debeat actum revalidanti, n. 1527.
- §. 6. de nonnullis aliis clausulis rescriptorum, n. 1529.
- De clausula: *supplentes omnes juris, & facti defectus*, n. 1529.
- De clausula: *non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis*, à n. 1530.
- De clausula: *ad instar*, n. 1535.
- De clausula: *authoritate vel vice nostra*, n. 1536.
- De clausula, *de plenitudine potestatis*, n. 1538.
- De clausula: *dummodo, seu quatenus sunt in usu*, n. 1539.
- De clausula: *quatenus Sacris Canonibus, & decretis Concilii Trident. non adversantur*, n. 1540.
- De clausula: *salvo jure alterius*, n. 1544.
- De clausula: *si is, cui datur, dignus sit*, n. 1545.
- De clausula: *si duo, vel tres &c.*, n. 1546.
- De clausula: *si pro alio non scripsimus*, n. 1547.
- De clausula: *nisi ea Ecclesia simili mandato gravata esset*, n. 1548.
- §. 7. de rescriptis, seu literis in forma *perinde valere*, à n. 1549. quid per eas intelligatur, n. 1549.

INDEX.

- n. 1550. quando dentur tales literæ, n. 1551. quis earum effectus, n. 1552.
 Quid importet clausula: *ex nunc, prout ex tunc*, n. 1553.
- §. 8. de forma rescriptorum, à n. 1556.
- Articulus 7. de executione, usu, & abusu rescriptorum Apostolicorum, à n. 1558.
- §. 1. quibus committi possint rescripta Apostolica, n. 1559. ; quæstio est non de meris Executoribus ; sed habentibus potestatem cognoscendi causam, n. 1560.
 An de jure alius, quàm habens dignitatem Ecclesiasticam, vel personatum ; aut Canonicus Ecclesiæ Cathedralis possit esse Executor eorum, n. 1559. particulares aliqua quæstiones circa istam materiam, à n. 1561. quid si unus Episcopus habeat plures Vicarios, seu Officiales, n. 1564.
 An ejusmodi Executores esse possint Priores Conventuales, n. 1565. an Claustales, *ibid.* an Regulares Guardiani, an Cancellarius Universitatis, *ibid.* ubi fieri debeat executio, n. 1567. ubi Reus ex tali rescripto conveniri, n. 1568.
- §. 2. an Executor, seu Delegatus ad lites possit munus aliquod accipere à partibus, n. 1569. quid in hoc possit consuetudo, n. 1570.
- §. 3. quis reneatur ad expensas pro Executoribus ? n. 1571.
- §. 4. de usu rescriptorum, n. 1574. quid dicendum de pluribus rescriptis simul, vel successivè impetratis, *ibid.*
 Quid si unus pro certo beneficio impetret rescriptum prius, quàm alter, sed hic prius præsentet Executori, n. 1575. vel si unus sub conditione, alter absolute, n. 1577.
 &c. quid si diversa rescripta impententur ad diversos Judices, n. 1579.
- §. 5. de abulibus rescriptorum, ac eorum pœnis, n. 1581.
- Articulus 8. de abrogatione rescriptorum, n. 1584.
- §. 1. an rescriptum speciale deroget generali ? n. 1585.
- §. 2. an subsequens rescriptum generale deroget priori speciali ? n. 1588.
- Articulus 9. de revocatione rescriptorum à n. 1589.
- §. 1. quid sit rem adhuc esse, vel non esse in statu integro ? n. 1590. an, ut jurisdictio delegata desinat esse in statu integro, sufficiat ejus usus per citationem ? sententia affirmantium ; *ibid.* an suppositâ hac sententia, sufficiat solum mandatum citandi, vel expeditio mandati ? n. 1591. an sufficiat unica citatio ? n. 1595.
- §. 2. an jurisdictio delegata perpetuetur per usum ejus factum sola citatione ? n. 1596. sententia Authoris, *ibid.*
- §. 3. an perpetuetur jurisditionem commissam subdelegando ? n. 1605.
 An res desinat esse integra per rescripti præ-

- sentationem factam Delegato ? n. 1606.
- An jurisdictio perpetuetur per unam citationem, quando est ad plures causas, vel personas ? n. 1607.
- Quando jurisdictio delegata perpetuetur, quando causa non eget citatione ? n. 1609. qualiter hoc contingat in rescriptis gratiæ ? n. 1610. 1612. vel in rescriptis ad dispensandum in causis matrimonialibus ? n. 1611.
 Quænam rescripta contineant gratiam factam, vel solum faciendam ? an. 1612.
- §. 4. qualiter jurisdictio delegata revocetur per revocationem delegantis ? n. 1616. etiam quando res non est integra ? n. 1618. quando revocatio jurisditionis delegatæ fortia- tur effectum ? n. 1619.
 An jurisdictio delegata ad gratiam faciendam semper possit revocari ? an etiam, quando jam est facta ? n. 1620.
 An, & quando delegatus Principis causam sibi delegatam, ac subdelegatam alteri possit revocare ? n. 1611.
- §. 5. an, & qualiter jurisdictio delegata finia- tur morte delegantis ? n. 1622. qualiter ejus depositione ab officio ? n. 1623. & 1625. an, esto mandatarius ignoret mortem delegantis ? n. 1624. an, si delegans excommunicetur, suspendatur, vel interdicatur ? n. 1625. an etiam morte subdelegantis ? n. 1626. adhibentur plures limitationes, à n. 1627.

QUÆSTIO IV.

Ad Titulum 4. de Consuetudine. à n. 1633.

- Articulus 1. de consuetudine in genere ; num. 1634. quid sit consuetudo formalis ? seu facti ? quid sit consuetudo juris ? 1634. & seq. quid sit consuetudo secundùm præter, vel contra jus ? n. 1636. an prima sit consuetudo juris ? *ibid.* & 1637. quæ sit inductiva legis ? n. 1636. qualiter verum sit, consuetudinem contra jus esse inductivam juris ? n. 1637.
- Articulus 2. quoruplex sit consuetudo ? num. 1638.
- §. 1. an possit dari consuetudo juris contra legem ? n. 1639.
- §. 2. quæ consuetudo dici possit, & debeat corruptela ? quæ legitima ? à n. 1642. an talis sit consuetudo contraria juri naturali, & divino ? n. 1644. item, quæ est reprobatâ jure ? n. 1645. & quæ est contra fas... *ibid.* quid dicatur *solitum*, & *consultum* ? n. 1646.
 Quid sit *longa* consuetudo ? n. 1647. quæ sit distinctio inter consuetudinem, & desuetudinem ? n. 1648.
- §. 3. an, & qualiter consuetudo differat à præscriptione ? n. 1649.
- §. 4. qualiter à traditione ? n. 1651. quid, & quoruplex sit traditio ? quæ sit vis traditionum ? n. 1653.

INDEX.

- §. 5. an, & qualiter ad consuetudinem reducatur Mos, Ullus, Stylus, Forus? &c. dantur definitiones singulorum; *n.*
- Quid importent Regulæ Cancellariæ? *n.* 1656. quæ illarum vis? *n.* 1660. & 1646.
- Quid decisiones Rotæ? *n.* 1656. quæ illarum vis? à *n.* 1662. & 1671.
- Quid Stylus Curia? *n.* 1655. an, & qualiter verum sit, quod faciat jus in casibus jure non decisis? à *n.* 1657. est multum mutabilis; *ibid.* non facit consuetudinem juris, nisi habeat condiciones requiritas; *n.* 1658. & seq.
- Quid sit Ritus? 1663.
- Articulus 3. de conditionibus necessariis ad consuetudinem legitimam? à *n.* 1664.
- §. 1. de frequentia actuum necessaria ad consuetudinem legitimam? à *n.* 1665. Alia est consuetudo *legalis*, seu abrogans jus præexistens; & inducens novum; alia ablativa domini ab uno, & ejus constitutiva in alio, *n.* 1667. an ad consuetudinem novi juris inductivam sufficiat unus, vel alter actus? à *n.* 1666. aliud est, legem abrogari vi consuetudinis; aliud ex vi consensûs Legislatoris; *n.* 1668.
- §. 2. an, ut consuetudo sit legitima, debeat esse judicialiter approbata? *n.* 1673.
- §. 3. Quales actus requirantur ad stabilendam consuetudinem? *n.* 1677. an debeant esse voluntarii, ac liberi obligandis per eam? *ibid.* & seq. an fieri debeant animo inducendi obligationem? *n.* 1679. an talis animus in dubio præsumatur? *ibid.* unde talis animus rectè colligi possit? *n.* 1680. an ad consuetudinem necessaria sit frequentia actuum externorum? *n.* 1682.
- §. 4. an ad judicandam consuetudinem juris necessarius sit consensus Principis? à *n.* 1683. an semper expressus, & personalis? an sufficiat tacitus, vel *legalis*? *n.* 1684.
- §. 5. quæ consuetudo censeatur rationabilis? à *n.* 1688. Varia super hoc Doctorum placita. à *n.* 1686. probabilior est opinio Sylvestri, *n.* 1690. id, quod etiam tener Sanchez *n.*
- Consuetudo, quæ laborat vicio ex objecto propter oppositionem cum jure naturali, & divino, nequit esse rationabilis; 1693. an in dubio censenda sit rationabilis, quæ agit contra legem? *n.* 1694. an consuetudo jure reprobata possit aliquando fieri legitima? *n.* 1696. an plus requiratur ad consuetudinem *præter*, quam contra legem? *n.* 1697. an omnes consuetudo contraria juri canonico, per idem etiam reproberetur? *n.* 1699.
- §. 6. qualiter consuetudo præscribatur? à *n.* 1700. an idem sit, præscribere contra legem Ecclesiasticam, & præscribere contra Ecclesiam? 1703. quæ consuetudo censeatur *diuturna*? *n.* 1704. de tempore requisito, ut consuetudo sit *præscripta*? *ibid.* an ut præscribatur contra legem Ecclesiasticam, idem tempus requiratur, quod, ut præscribatur contra bona Ecclesie? *n.* 1709. quale censeatur *longum* tempus inter præsentem? quale inter abentes? *n.* 1712.
- An consuetudo legitime præscripta habeat naturam vim inducendi novum jus? *n.* 1714.
- An tempus debeat esse continuum? *n.* 1715. qualiter interrumpatur? *n.* 1716.
- An prærequiratur bona fides, ut per consuetudinem tollatur lex præexistens? *n.* 1718.
- §. 7. Qui possint inducere consuetudinem juris? à *n.* 1719.
- An homo privatus? *ibid.* & *num.* 1526. an Communitas carens jurisdictione condendi legem? *n.* 1722. an requiratur consensus majoris partis? *n.* 1725.
- An consuetudo etiam diuturna, & longa valeat, si inducta sit in commodum privatum? vel renitente Communitate? *n.* 1728.
- An praxis bono communi noxia recipi valeat pro lege? *n.* 1730.
- An valeat consuetudo adversus in obligabilem à Principe? *n.*
- An valeat consuetudo, & praxis Laicorum, quæ se tuerentur in plurimis actibus contra immunitatem Ecclesiasticorum, ac eorum bona? *n.* 1733.
- Articulus 4. de legitimæ consuetudinis effectu. *n.* 1734.
- §. 1. quid possit quoad vim obligandi? *num.* 1735. an dari possit consuetudo merè poenalis? *ibid.* an consuetudo unius loci obliget alium? *n.* 1738. an Judex unius loci possit sequi consuetudinem alterius? *n.* 1739.
- §. 2. an, & qualiter consuetudo valeat abrogare legem præexistentem? *n.* 1739. an etiam legem merè poenalem? *n.* 1730. vel etiam mixtam? *n.* 1741. an legem irritantem? *n.* 1743.
- §. 3. an consuetudine abrogari possit lex prohibens consuetudinem contrariam? *n.* 1744.
- §. 4. an possit inducere vim legis irritantis? *n.* 1747.
- §. 5. quo sensu verum sit, quod consuetudo sit interpretis legis? *n.* 1748. qualiter consuetudo possit abrogari? *n.* 1751.
- Articulus 5. qualiter consuetudo probetur? *n.* 1752.
- Articulus 6. de reliquis pertinentibus ad consuetudinem; à *n.* 1755.
- §. 1. an consuetudo efficere possit, ut acquisitio domini sine corporali rei apprehensione acquiratur? *n.* 1756.
- §. 2. an, ut quis liberetur ab actu alteri debito jure communi? *n.* 1757.
- §. 3. an valeat consuetudo optandi meliores præbendas? *n.* 1759.
- §. 4. quæ consuetudines particulares jure canonico prohibeantur? *n.* 1762.

QUÆSTIO V.

In Titulum 5. de postulatione Prælatorum. à n. 1773.

Articulus 1. quid, & quotuplex postulatio? *n. 1774.* quid solennis, quid non solennis? *n. 1775.*

Articulus 2. de requisitis ad valorem postulationis. *n. 1776.* an requiratur, eam esse factam concorditer, & quando? *ibid.*

Articulus 3. qui possint, vel non possint postulari? *n. 1777.* an omnis ineligibilis possit postulari? an postulabilis eligi? vel eligibilis postulari? *ibid.* an ad Ecclesiam Cathedralis postulari quis possit ante 27. ætatis annum? *n. 1780.* an, & quando professus Ord. Mendic. postulari possit ad Ecclesias Cathedralibus minores? vel Monasteria extra suum Ordinem? *n. 1781.*

An Episcopus unius Ecclesiæ confirmatus eligi, vel postulari possit ad aliam? *n. 1781.* & seq.

An postulandus possit eligi saltem votis omnium? *n. 1782.*

Articulus 4. quibus competat jus activè postulandi? *n. 1784.* an postulantes possint variare? *n. 1785.* an irrita sit postulatio non vocato eo, qui est in possessione juris postulandi? *n. 1786.*

Articulus 5. apud quem Superiorem fieri possit, & debeat postulatio? *n. 1787.* an Superior absque injuria postulati possit postulationem non admittere? *n. 1789.*

Articulus 6. de forma postulationis; *n. 1792.*

Articulus 7. de postulatione concurrente cum electione. à *n. 1794.* an si postulatus habeat plura suffragia, quàm electus, ille huic præferendus sit? sententia affirmantium refertur à *n. 1794.* præfertur negativa, à *n. 1796.* nisi postulatus habeat duplo plura electo, *ibid.* solvuntur argumenta contrariæ sententiæ, à *n. 1798.*

Decisio Innocentii XI. in contingentia concurrentis postulationis cum electione, à *n. 1797.*

Articulus 8. quis sit effectus postulationis admittæ? *n. 1802.*

Articulus 9. de pœna postulantium indignum. *n. 1803.*

QUÆSTIO VI.

In Titulum 6. de electione, & electi potestate, à n. 1809.

Varia electionis acceptio. *n. 1809.* an distinguatur à nominatione? *n. 1810.*

Articulus 1. quid sit electio canonica? à *num.* an electo ante confirmationem mortuo, beneficium vacet per hujus, vel antecessoris obitum? *n. 1821.*

Articulus 2. de his, qui habent potestatem eli-

gendi, à *n. 1822.* & *n. 2818.* ac à seq. quid in electione facta Collegio veniat nomine Collegij? *ibid.* & seq. qui numerus personarum constituat Congregationem, Collegium, populum? *n. 1822.* An Clerici, qui non sunt membra Collegij, seu Capituli, de jure gaudeant electione activa, à *n. 1823.* an possint hoc jus acquirere consuetudine, vel privilegio? *n. 1825.* & seq.

Quot personæ necessariæ sint in principio, ut constituatur Collegium? quot, ut ejus jura conserventur? *n. 1822.* & seq.

An ex his, qui sunt de Capitulo, omnes habeant jus eligendi, esto non sint in sacris? *n. 1824.* quid dicendum, si nullus Capitularium tempore vacationis esset in sacris? *n. 1824.* quid, si tantum unus superesset? *n. 1823.*

In Ecclesiis secularibus jus eligendi est penes Canonicos puberes, & sanæ mentis; *num. 1827.* an etiam penes impuberes? *ibid.* in Regularibus autem penes professos expressè, vel tacitè; sed non penes Conversos. *ibid.*

An vitietur electio, si inter electores sit unus inhabilis, v. g. excommunicatus? *n. 1828.* & seq. item *n. 1839.* quid si suspensus, *n. 1829.* & *1841.* vel interdictus, *ibid.* & *1841.* vel irregularis, *ibid.* & *n. 1842.*

Quæ sit pœna scienter eligentium indignum, *n. 1830.* an quis presumatur elegisse indignum scienter, *n. 1831.*

An valeat electio facta à solis Laicis, vel à Laicis, & Clericis simul, *n. 1832.* an id acquiri possit præscriptione, vel consuetudine, *n. 1832.* penes quem sit electio, vel institutio Canonici in Ecclesiis Cathedralibus, *n. 1833.*

Articulus 3. de qualitatibus requisitis in subiecto eligendo, à *n. 1834.* quæ ætas? *ibid.*

§. 1. de requisita scientia literarum, à *n. 1835.*

§. 2. quæ morum probitas? *n. 1836.*

§. 3. de legitimis naturalis. *n. 1837.*

§. 4. an, & qualiter promovendum impediatur censuræ, *n. 1838.*

An eligibilitati obstat retentio plurium beneficiorum, *n. 1845.*

An ambitio, *n. 1844.* an, quòd providendus habeat liberos, *n. 1843.*

An eligi possit, qui non est de gremio, *num. 1846.*

Articulus 4. de his, quæ præcedunt electionem. *n. 1850.* de necessitate, ut prius, quàm quis promoveatur, vacet beneficium; quid sit beneficium vacare? quot modis contingat, à *n. 1850.*

§. 1. an vivente Prælato Canonicis tractare de successore, *1854.* an Prælatus cum suis tractare possit de sui successoris electione, *num. 1866.*

§. 2. an valeat electio successoris ante sepulcrum defuncti Prælati, *n. 1857.* quando Capitulares possint agere super constituendo die electionis, *num. 1859.* à quo die currat tem-

INDEX.

- tempus faciendi electionem intra tempus præscriptum, *n.* 1858.
- §. 3. an, & qualiter ad electionem vocandi sint omnes Capitulares, *n.* 1860. quæ sint substantialia electionis per scrutinium, *num.* 1861. an vocandi omnes, qui commodè adesse possunt, *n.* 1862. an valeat electio non vocatis iis, qui commodè venire possunt ad tempus præfixum, *n.* 1863. quando censeatur quis non posse adesse commodè, *ibid.* an electio facta uno ex Electoribus contempto sit irrita, *n.* 1864.
- An, & qualiter contemptus electionem impugnare possit, *n.* 1865.
- An petere possit cassationem electionis etiam confirmatæ, *n.* 1866.
- An contemptus, post publicatum scrutinium adveniens, & dans suum votum, augeat numerum, *n.* 1867.
- An mortuo contempto Successor in beneficio possit agere de contemptu, *n.* 1868.
- §. 4. an contemptus possit renunciare contemptui, *n.* 1869.
- An Capitularis, qui electioni non vult interesse, cum possit, compelli valeat, ut inter sit, *n.* 850.
- An vocatus, sed recusans interesse tractatui electionis faciendæ, rursus vocandus sit ad ipsum diem electionis, *n.* 1872.
- An Capitularis, aliunde sciens diem electionis, possit agere de contemptu, si non sit vocatus, 1873.
- §. 5. an Capitulares præsentibus possint absentibus præfigere certum terminum electionis etiam breviato termino juris, *n.* 1874.
- An tempus electionis, jure definitum, possit prorogari, *n.* 1875.
- An, si qui Capitularium discedant Capitulo jam congregato, & revocari adire nolint, remanentes possint procedere ad electionem, *n.* 1876.
- §. 6. an elector sui loco possit mittere Procuratorem, *n.* 177. an, si quidem adest, sed in loco electionis comparere non possit, *num.* 1878. an procurator debeat habere speciale mandatum jurandi in animam principalis absentis impediti, *n.* 1879. an illi à cæteris hoc remitti possit, *ibid.* an, si quis egrediatur de loco, ex quo vocandus erat ad electionem, ejus Procurator rejici possit, *n.* 1879.
- An Procurator absentis electoris possit esse extraneus, *num.* 1880. quid dicendum, si nullus Capitularium vult suscipere officium Procuratoris pro electore impedito, *n.* 1881. & 1885. an iste possit constituere plures Procuratos, *n.* 1882. an Procurator constitutus possit alium eligere nomine suo, alium nomine principalis, *n.* 1883. an possit consentire in electionem sub pluribus formis, *n.* 1884.
- Articulus 5. de forma electionis. *n.* 1886. ex solemnitatibus in electionibus servandis quædam accidentales sunt; quædam substantiales. à *n.* 1886. modi eligendi tres sunt, per inspirationem, scrutinium, & compromissum; *ibid.* an electio aliter celebrata sit irrita, *ibid.*
- §. 1. de electione per scrutinium. *num.* 1888. quos actus contineat, *ibid.* qui, & quot debeant esse Scrutatores, *n.* 1889. an extraneus possit esse Scrutator, *ibid.* an possit mutari, *ibid.* in cujus manibus juramentum, si quod præstandum est, præstare debeat, *ibid.* an ex hoc, quod Scrutator sit, habeat jus Suffragij, *ibid.* an ex hoc, quod scrutator sit, habeat jus suffragij? *ibid.*
- Quali ordine fieri debeat Scrutinium, *num.* 1890. an à Capitulo constitui possint alii, qui exquirant Scrutatorum suffragia, *n.* 1891. quid agendum habitis electorum suffragiis collectis, & in scripturam redactis, *num.* 1892. qualiter & quando fieri debeat eorum publicatio, *ibid.* an publicato scrutinio electores variare possint, *n.* 1893. limitatur *ibid.* & *n.* 1894. & seq.
- De collatione suffragiorum. *n.* 1898. qualia debeant esse suffragia, ut admitti possint, *n.* 1898. an, & qualiter facienda sit collatio numeri ad numerum, 1900. quæ hic censeatur major pars, *n.* 1901. qualiter fieri debeat collatio Zeli ad Zelum, meriti ad meritum, *ibid.* & seq.
- §. 2. an in omnibus Prælatorum forma scrutiniij, in c. quia propter præscripta, servanda sit, *n.* 1906. & seq.
- Articulus 6. de electione communi, seu solenni. *n.* 1912. quid ante, ac in ipsa observandum, *n.* 1913.
- Articulus 7. de libertate electionis; *n.* 1916.
- An jus eligendi, competens Capitulo, per consuetudinem possit restringi, vel in alio constitui, *n.* 1917.
- An valeat consuetudo, quod electus debeat intimari Principi, vel Patrono Laico, *num.* 1918.
- An hodie Laici, quantumvis Patroni, tractatui electionis se immisceant, *n.* 1919.
- An electores Principi Laico proponere possint aliquos, ut unum ex illis eligat, *n.* 1919.
- An electio metu gravi, & injusto exorta sit jure valida, 1921. quæ sit poena taliter cogentium, *ibid.*
- Articulus 8. quomodo intelligendum, quod electio debeat esse majori, & saniori parte, *n.* 1922. quæ censeatur major pars Capituli, *n.* 1923. quæ sanior, *n.* 1927.
- An major, & sanior pars debeat accipi copulative? quæ pars autoritate prævaleat, an major saniori? an sanior majori, *n.* 1928.
- Articulus 9. de loco, & tempore electionis. à *n.* 1929.
- Ubi, seu in quo loco celebranda sit electio, *n.* 1929. intra quod tempus, *n.* 1930. an hoc tempus currat impedito, *num.* 1931. ad quem devolvatur jus providendi beneficio, vel Ecclesiæ, si provisio non fiat intra tempus

- pus præscriptum? *num.* 1932. an admittatur purgatio moræ, *n.* 1934. beneficii devoluti provisio fieri debeat iisdem conditionibus, quibus debeat aliàs, *n.* 1935. an devolutio fiat non tantum ex causa negligentia; sed etiam electionis indigni, *n.* 1937.
- Articulus 10. à quibus electio impugnari possit, *n.* 1940.
An ab ipsis electionibus post publicatum scrutinium, *ibid.* & seq. an ab eo, qui renuntiavit electioni de se factæ, possit appellari ad impediendam electionem alterius, *n.* 1942. quando in electionibus Superiorum appellari possit ad Sedem Apostolicam, *n.* 1943. & seq.
- Articulus 11. de electione per compromissum. *n.* 1951.
An valeat compromissum vel unico ex Electoribus dissentiente, *n.* 1952.
Unde assumendi sint compromissarii, *num.* 1953.
An requiratur, quod omnes Compromissarii in unum consentiant, *n.* 1951. & seq.
An Compromissarii possint eligere unum ex suo numero, *n.* 1954.
An, & qualiter finiatur compromissum, *num.* 1955.
Qualiter celebranda sit communis electio post factam electionem à Compromissariis, *n.* 1956.
An electus mediate suffragiorum ante solemnem electionem possit accedere electoribus in sui favorem, *n.* 1957.
An locus sit devolutioni in negligentia Compromissariorum, *n.* 1958.
- Articulus 12. de electione per viam Spiritus Sancti. *n.* 1959.
- Articulus 13. de renuntiatione ad dignitatem Ecclesiasticam. *n.* 1960.
An valeat consuetudo nominandi plures, electione unius relicta Laico, *n.* 1961.
An unicus ex Capitulo superstes, possit se ipsum eligere in Prælatum, vel eligi per ipsiū delegato, *ibid.* *n.* 1961.
An in fundatione Ecclesiæ Collegiæ, tam secularis, quam Regularis constitui possit cum consensu, & acceptatione Episcopi, ut nominatio Prælati pertinere debeat, vel ad alterius Ecclesiæ Prælatum, vel ad ipsum Patronum, si Ecclesiasticus sit, *n.* 1962.
An prælatis Papæ inferioribus conveniat potestas Laicis concedendi etiam in fundatione Ecclesiarum, ut ipsis competat jus eligendi, vel nominandi Prælatum Ecclesiasticum, *n.* 1963.
An Laici possint hoc jus acquirere per consuetudinem immemorabilem, *n.* 1964.
An omne, quod potest obtineri privilegio, possit etiam obtineri consuetudine, *n.* 1995.
- Articulus 14. de confirmatione electi. *n.* 1966.
An legitimè electus confirmari debeat, *ibid.* quid sit confirmatio electionis, *ibid.* an electus non exemptus petere possit immediatè à Pontifice, *ibid.*
An quem pertineat confirmatio electi, jure ordinario, *n.* 1967. an legitimè electio negari possit confirmatio, *ibid.*
Quando electus confirmationem petere debeat? ac inter quod tempus, *n.* 1968. an dari possit, ante inquisitionem de forma, & processu electionis, & *n.* 1969.
An Prælatus semel examinatus, & approbatus ad unam Prælaturam, denuò examinandus sit, cum iterum eligitur, *n.* 1970.
Quid agendum, si electus confirmandus sit à Pontifice e *n.* 1972.
Quid, si quis se opponat confirmationi, *num.* 1971.
An pluribus diversis electionibus ad eandem Ecclesiam electus, ad impetrandam confirmationem possit utraq; uti, *n.* 1973.
- Articulus 15. de consecratione electi, & confirmati; à *n.* 1984.
Intra quod tempus peti debeat consecratio electi, *n.* 1984. quid, si hoc negligat *ibid.* & seq. quos actus importet forma & solennitas consecrationis, à *n.* 1986.
An beneficia Episcopi, quæ prius habuit, peracta confirmatione, statim vacent, à *num.* 1990. quid si dispensetur, ne intra tempus præscriptum teneatur consecratio, *ibid.* & seq.
- Articulus 16. de potestate electi, *n.* 1993.
An electus, sed non confirmatus gaudeat administratione quoad exercitium, *n.* 1993. an, si ante confirmationem administrationi se ingerat, cassetur electio, *ibid.* an ejus acta ante confirmationem, firma sint, *n.* 1994. penes quem usque ad confirmationem electi sit administratio, *ibid.* an hoc etiam procedat, si quis, qui ante habuit administrationem, sit electus, *ibid.* an eandem poenam incurrat electus, ante confirmationem permittens se in stallo poni, vel in possessionem mitti, *ibid.* exceptio eorum, qui apud Sedem Apostolicam confirmationem recipiunt, *n.* 1995.
Quid possit electus, post confirmationem, *n.* 1996. quid Archi-Episcopus nondum consecratus, sed tantum confirmatus, antequam recipiat pallium, *ibid.*
- Articulus 17. de electione, confirmatione, benedictione, Abbatum, & aliorum Prælatorum Regularium, *n.* 1997.
Quibus in electione Prælatorum Regularium competat jus eligendi? *n.* 1998. an omnibus de Conventu, etiam non professis? *n.* 1998. an quilibet professus sit eligibilis passivè ad prælaturam regularem sui Conventus? 1999. an debeat esse actu, & expressè professus? *ibid.* an Clericus secularis possit eligi ad Prælaturam regularem? *ibid.* an saltem ad regulare beneficium non curatum? *ibid.*
An professus postulari possit ad Prælaturam

INDEX.

ram regularem? *n.* 1999. an regularis Prælati eligi possit extra suum monasterium, vel ordinem? *n.* 2000.

An Regularis consentire possit in sui electionem, extra suum monasterium, vel ordinem, *ibid.*

An ad Prælaturam sui Ordinis, sed alterius monasterii, *n.*

An sine immediati Superioris consensu consentire, in sui electionem ad Prælaturam sui Ordinis, sed alterius monasterii, *n.* 2006.

An Regulares Mendicantes eligi possint ad Prælaturam extra suum Ordinem, vel in eam consentire, *n.* 2087.

Forma in electione Prælatorum Regularium communiter est secundum eorum privilegia, vel statuta propria; aliàs juxta jus commune, *n.* 2007.

Confirmationem tales Prælati, si exempti sint, immediatè accipere debent à Papa, seclusis privilegiis, *n.* 2008.

Non consecrantur, sed solum benedicuntur, esto habeant jus Infulæ, & baculi, *ibid.*

Articulus 18. de electione, confirmatione, & benedictione Abbatissarum, & Præpositarum. *n.* 2009.

Quæ Moniales habeant jus activum eligendi? *n.* 2009. & seq.

Quid requiratur in eligenda? *n.* 2011. an debeat esse expressè professà? *n.* 2012. cujus ætatis naturalis? cujus post professionem in Religione? an in his dispensare possit Episcopus, vel electionis Præses? *ibid.*

An in eligenda requirantur natales legitimi? an in hoc dispensare possit Superior, cui tale Monasterium subest? *n.* 2013.

An, ut sit Virgo? an, si sit oppositum, & talis eligeretur, teneretur fateri, se non esse Virginem? an possit in hac qualitate dispensare Episcopus? *n.* 2013.

An in electionibus Monialium sit eadem eligendi forma, quæ in electionibus Virorum, *n.* 2014.

An possint eligere per compromissum, vel inspirationem, *ibid.*

An excipientes vota Electricum possint ingredi clausuram, *ibid.*

Quid agendum, si electio fiat in discordia, *n.* 3015.

An, quæ habet duas partes Capituli pro se, confirmanda sit, non obstante contradictione minoris partis?

An hoc procedat, si Præses electionis omitrat examen, an taliter electa in discordia, digna sit?

An, si factò scrutinio non prodeat ulla, habens duas partes, seu tertias Capituli, quæ in electam à majori parte non consenserunt, etiam publicato scrutinio possint illis accedere?

An valeat electio ejus, in quam non consenserunt duæ partes Capituli?

An, si minor pars Capituli accedere nolit

majori, & consequenter major pars Capituli non faciat duas partes, seu tertias, electa à majori parte, quantumvis non sufficiente possit administrationem suscipere, solum pro tempore, quo is, ad quem spectat confirmatio, plenè audiat causas nolentium in illam consentire? *n.* 2019. 2021.

An publicato scrutinio major pars possit accedere minori? *n.* 2018. & seq.

An contra electam, etiam confirmatam, & benedictam possint impugnationes fieri, ut à dignitate removeatur? *n.* 2019.

An in hujusmodi electionibus [defectus in forma commissus purgetur confirmatione secuta, *n.* 2019.

An sufficiat sola collatio numeri ad numerum? *n.* 2019. à quo electio Monialium confirmanda, vel benedicenda? *n.* 2020.

quid agendum, si in electionibus Monialium interponatur appellatio, *n.* 2022.

An valeat confirmatio electæ, quæ non habuit ex suffragiis duas tertias Capituli? à *n.* 2024.

De penis eorum, qui in electionibus Monialium directores sunt, si excitent discordias, vel exortas non componunt, *n.* 2023.

Q U Æ S T I O VII.

In Titulum 7. de Translatione Episcopi, à *n.* 2033.

Articulus 1. à quo fieri possit translatio Episcoporum? *n.* 2036. quæ sint causæ graviores reservatæ Summo Pontifici, *ibid.*

Quis concedere possit, ut Monachus laicus, vel sæcularis Clericus, in solis minoribus constitutus, creetur Episcopus? *n.* 2037.

Qualiter intelligendum, quòd matrimonium spirituale Episcoporum cum sua Ecclesia solum virtute divina dissolvi possit? *n.* 2028.

An Episcopus confirmatus auctoritate propria possit transire ad aliam Ecclesiam, an solum electus? *n.* 2038.

Articulus 2. à quo fieri possit translatio Prælatorum Episcopis inferiorum, *n.* 2039.

An Capitalum Sede vacante possit facere translationes Prælatorum, quas facere poterat jure ordinario Episcopus in vivis, *n.* 2039.

An Ecclesia ante consecrationem sui Episcopi dicatur viduata simpliciter, vel secundum quid, *n.* 2040.

ad quid obligetur legitimè translatus, *n.* 2041.

An Episcopus translatus cogatur solvere debita in priori Ecclesia contracta, *n.* 2042.

An habens privilegium transeundi ad majorem Ecclesiam, vi ejus transire possit ad minorem, vel parem? *n.* 2034.

An translatio fieri possit ad quamlibet Ecclesiam, *n.* 2044.

INDEX.

Articulus de translationis effectu *n.* 2050.
 Articulus de pœna transferentium se ad aliam Ecclesiam autoritate propria, *n.* 2051.

QUÆSTIO VIII.

In Tit. 8. de auctoritate, & usu pallii.

Pallium est insigne dignitatis Archiepiscopalis; & jus illud gestandi, *n.* 2056. ejus descriptio, & forma *ibid.*

Articulus 1. de auctoritate pallii, *n.* 2057.

Quid veniat hic nomine pallii, quid ejus collatione conferatur? cur dicatur sumptum de corpore S. Petri? *n.* 2057. ejus forma, *ibid.* an electus ad Archiepiscopatum possit dici Archiepiscopus, ante acceptum pallium? an Metropolitanus? *ibid.* à quo petendum Archiepiscopale pallium? *n.* 2058. & seq. Quibus competat jus pallii? *n.* 2060.

Intra quod tempus, & qualiter peti debeat? *n.* 2061.

Articulus 2. ubi liceat uti pallio, *n.* 2062.

Quando liceat uti pallio, *n.* 2063.

Quam auctoritatem conferat traditio pallii, *n.* 2064. & seq.

An ad alios transferri possit, *n.* 2066

QUÆSTIO IX.

In Tit. 9. de Renuntiatione, à n. 2068.

Articulus 1. quid, & quotuplex sit renuntiatio, *n.* 2069.

Quotuplex sit renuntiatio conditionata, *ibid.* quid tacita, *ibid.*

Articulus 2. quæ beneficia possint, vel non possint renuntari, *n.* 2070.

An valeat renuntiatio beneficii Patronati, sine consensu Patroni.

An, si is, cui beneficium patronatum sine consensu Patroni resignatum est, moriatur, beneficium vacet per hujus, vel resignantis obitum.

An in renuntiatione beneficii electivi sufficiat consensus majoris partis electorum;

Quæ beneficia resignari non possint, *n.* 2073.

An, si Pontifex admittat renuntiationem beneficii uniti, unio exinguatur, vel solum suspendatur.

Articulus 3. qui possint renuntiare, *n.* 2074.

An Canonici suum Canonicatum, *ibid.*

An Prælari suam dignitatem, *ibid.*

An Clerici post pubertatem, sed adhuc minores, *ibid.*

An Clerici beneficiati Religionem ingressi, An horum renuntiatio firma sit non secuta professione, *ibid.*

An, & qualiter Clerici criminosi sua beneficia resignare possint, à *n.* 2075.

An Clerici habentes solum jus ad beneficium possint hoc resignare in favorem alterius, *ibid.*

An, & qualiter infirmi resignare possint sua beneficia in favorem alterius, *ibid.*

Exponitur regula de *Viginti*, *n.* 2067.

Articulus 4. ex qua causa validè, ac licitè resignari possint beneficia, *n.* 2077.

Articulus 5. quis possit admittere renuntiationes beneficiorum, *n.* 2080.

An, ut beneficiarius licitè religionem ingrediatur, sufficiat licentia ab Episcopo petita, licet non obtenta, *n.* 2083.

Quid de beneficio intruso, *ibid.*

Quid, si resignatio fiat coram laico, *num.* 2084.

Quid, si coram Clerico carente potestate admittendi, *ibid.*

An Legati Apostolici legitime admittant beneficiorum renuntiationes? *n.* 2086.

An, & qualiter Prælati, Summo Pontifice inferiores, admittere possint renuntiationes beneficiorum? *n.* 2087.

A quo admitti possint resignationes beneficiorum conditionatae? *n.* 2089.

A quo resignationes sub conditione, cum reservatione pensionis? *ibid.*

A quo admitti possint renuntiationes beneficiorum causâ permutationis? præsertim triangulares, quadrangulares, reciprocae, *n.* 2091.

Articulus 6. quæ conditiones necessariae sint, ut beneficiorum resignationes legitime fiant? *n.* 2093. an adjici possit pactum, ut Resignatarius resignanti solvat expensas, quas resignans fecit in beneficio acquirendo, pro illa litigando? *n.* 2094.

Articulus 7. de resignatione per Procuratorem, *n.* 2095.

Articulus 8. de renuntiationis effectu; *num.* 2100. an, & quando Resignatarius redire possit ad idem beneficium? à *n.* 2101.

QUÆSTIO X.

In Titulum 10. de supplenda negligentia Prælatorum. n. 2103.

Quid hic intelligatur per negligentiam? *num.* 2103.

Intra quod tempus fieri debeat provisio beneficiorum vacantium? *n.* 2103. ad quem in casu negligentia devolvatur jus providendi? *n.* 2104. & seq.

Qualiter tempus, intra quod provisiones beneficiorum vacantium fieri debent, computandum sit? 2105, an concedatur tempus purgandi moram? *ibid.*

Ad quem in casu negligentia devolvatur, si provisio spectet ad Episcopum simul, & Capitulum? *n.* 2105.

Si Prælati regulares in provisione, & præsentatione beneficiorum tam secularium, quam regularium, negligentes sint? *ibid.*

Si Episcopus negligens sit in aliis, v. g. in officio suo, in excommunicando, ordinando, causas cognoscendo? *n.* 2106.

Si

INDEX.

Si sit excommunicatus ab Archiepiscopo, adeoque fungi nequeat officio suo? *ibid.* n. 2106.

An interdum defectus, vel negligentia Prælati suppleatur per dationem Curatoris, seu Coadjutoris? n. 2207.

Quis Ecclesiæ Cathedrali vacanti administratorem dare possit? *ibid.*

An administrator ab alio, quàm à Papa Sede vacante constitutus, possit beneficia conferre, quæ ad solam Episcopi jurisdictionem, seu liberam collationem pertinent? n. 2208.

An aliquando propter contumaciam & negligentiam Superiorum (ut quando contumaciter recusant benedicere Abbates, &c.) potestas ad inferiorem devolvatur? *ibid.* n. 2208.

QUÆSTIO XI.

Ad Titulum II. De temporibus Ordinationum, & qualitate ordinandorum. a num. 2109.

Ordinis duplex acceptio; n. 209. an prima tonsura sit Ordo? 2209. & seq. an Ordo Episcopalis sit distinctus à Presbyterali? n. 2222.

Articulus 1. de his, qui possunt, vel non possunt ordinari. à n. 2223.

An Ordinis capax sit femina? n. 2223.

Non baptizatus baptismo fluminis? *ibid.*

An hermaphroditus? *ibid.*

An carentes ætate canonica? n. 2224.

An illiterati? *ibid.*

An criminosi? *ibid.*

An infames? *ibid.*

An conjugati? *ibid.*

An scienter absolute rebaptizati? *ibid.*

An sollemniter, & publice poenitentes? *ibid.*

Articulus 2. de his, qui possint ordinare; num. 2225.

Quibus competat ordinaria potestas conferendi ordines? n. 2225.

Quid circa primam tonsuram, vel etiam minores ordines possint Abbates, & Prælati Regulares? n. 2226.

An simplici Sacerdoti committi possit potestas alios ordinandi? n. 2228.

An Episcopi, etiam lapsi in hæresim, excommunicati non tolerati, suspensi, & interdicti valde conferant ordines? n. 2229.

An Episcopus possit licite ordinare alios, quàm suos subditos? num. 2220. limitatio quædam sententiæ negantis. à n. 2222.

An Religiosi exempti possint ab alio, quàm Ordinario loci, in quo situm est eorum monasterium, in quo degunt, ordinari? n. 2222.

Articulus 3. quis Episcopus censeatur proprius ad conferendos ordines? n. 2223.

§. 1. de Episcopo proprio ratione originis; n. 2234.

Præmittitur Innocentii XI. constitutio, incip. Speculatores Domûs Israël. à n. 2224.

An censeatur Episcopus proprius ejus (quoad potestatem ordinandi) qui natus est solum per accidens in ejus diocesi? n. 2233.

An ordinandi censeatur proprius, qui est Episcopus originis paternæ? *ibid.*

Quis censeatur in hoc Episcopus ratione originis paternæ proprius nati naturaliter, ac illegitimè? *ibid.*

Quis sit proprius Episcopus expositorum, quorum parentes ignorantur? n. 2234. vel eorum, qui sunt nullius diocesis, *ibid.* vel libertorum, aut Libertinorum? *ibid.*

§. 2. de proprio Episcopo ratione domicilii. n. 2235.

Qualiter in ordine ad effectum recipiendi ordines ab Episcopo alicujus loci, requiratur, quòd quis in ejus diocesi habeat domicilium? n. 2235.

An filius inanens cum Patre sortiatur domicilium Patris, si alibi domicilium seu sedem non figat? n. 2236.

An filius amittat domicilium Patris, discedendo ab isto, si retineat animum ad illum redeundi? *ibid.*

An amittatur domicilium originis per hoc, quòd quis alibi constituat sibi domicilium habitationis? *ibid.*

An, ut quis mutet domicilium, requiratur licentia Episcopi? *ibid.*

§. 3. de proprio Episcopo ratione beneficii; n. 2237.

An, ut quis censeatur subjectus Episcopo quoad receptionem ordinum, quæ sufficiat, quòd in ejus diocesi habeat præbendam temporalem? vel Capellaniam non collativam? etiam perpetuam vel beneficium concessum in commendam temporalem, & pensionem Ecclesiasticam? n. 2237. aut beneficium manuale? aut beneficium non exigens residentiam? aut esto ejus presentatio, institutio, vel collatio, pertineat ad alium? n. 2238.

An quoad dictam subjectionem sufficiat beneficium tenue? n. 2238. an beneficium justè obtentum sine possessione, vel possessum sine justo titulo? n. 2238.

An Clericus à proprio Episcopo tonsuratus, vel in minoribus legitime ordinatus, possit ab alieno Episcopo ad superiores ordines promoveri titulo alicujus beneficii in illius diocesi obtenti? n. 2239.

An quis titulo beneficii in aliena diocesi obtenti in ordine ad effectum suscipiendi ordines ab illo diocesano, ejus jurisdictioni subditus censeri debeat? n. 2239.

An ordinatus ab uno Episcopo possit ad altiore ordinem promoveri ab alio, sine licentia prioris? n. 2240.

An Clerici Latini possint ordinati ab Episcopis Græcis, & e contra? n. 2242.

An Episcopi Italiae possint ordinare ultramontanos, n. 3142.

Quid observandum Episcopo in ordinatione suorum familiarium, n. 2143.

INDEX.

Articulus 4. de literis dimissorias; n. 2144.

Quid hic per *dimissorias* intelligatur, *ibid.*

An Clericus ad primam tonsuram, vel minores ordines legitime promorus non promoveri possit ab alio Episcopo ad ulteriores ordines titulo beneficii in ipsius diocesi obtenti, nisi ante illorum susceptionem exhibeat à proprio Episcopo tam originis, quam domicilii, testimoniales literas super suis natalibus, ætate, moribus, & vitâ? n. 2145.

